INSTITVTIONVM IMPERIALIVM ΑΝΑΛΥΣΕΙΣ,

SEV RESOLVTIONES NOVÆ,

propter Tyrones Iuris Ciuilis ſcientiæ, nuper Σχηματισμοῖς delineatæ.

AVTORE

IO. A. Haloandro Variſco.

CVM PRAEFATIONE VALENTINI *ERYTHRÆI.*



ARGENTORATI,

Excudebat Nicolaus Vvyriot: Anno

M. D. LXXV.

INSIGNIA GENTILITIA ILLVSTRIVM
& generosorum Comitum, ac Dominorum, in
CASTELL, *&c.*



NOBILI, AC GENEROSO ADOLESCENTI,

VVOLFGANGO, Comiti, & Domino in Caſtell, &c.

VALENTINVS ERYTHRAEVS,

S. P. D.

MAGNVM diſcrimen eſt, generoſe Comes VVOLFGANGE: inter artem, & eam rationē, quam Græci μέθοδον appellauerūt. Ita enim inter ſe hæc diſtincta ſunt: ut ſcire, & tractare: cognoſcere, & tradere. Ars enim copioſa eſt præceptio comprehenſionum, καταλήπτων, ἐγκαταλήψεων, θεωρημάτων, καὶ παραγγελμάτων, ut ijdem uocant, σύστημα, atque coaceruatio. Eámque ob cauſam, in artibus inſtituendis, & in hac præceptionum copia, & uarietate, uiam ingredi oportet certam: quæ ſimplex, & breuis ſit, aperta, & directa, & quaſi cōpendiaria, quam διδασκαλίαν etiam Græci, & ὁδοποίησιν nominant: quòd ad docendū, tradendúmque adhibeatur. Rectè igitur Grammatici, Dialectici, Rhetores, Mathematici ſuarū artium, atque ſcientiarū doctiſſima ueluti compendia, ac ἐπιτομὰς compoſuerunt. Vt nihil de Phyſicis, ac Ethicis referam: quorum extant multæ συνόψεις. Quid de alijs dicemus profeſſionibus? An nō uidemus paſſim extare Theologiæ ſuccincta compendia? κατηχήσεις, ὑποτυπώσεις, & locos communes: quos nonnulli Margaritas appellârunt: & eſt, qui de Margarita philoſophica ſcripſit. Quid in arte Medendi, μικρὰ τέχνη, parua Galeni ars: an non eſt breuiſſima, ac perfectiſſima methodus? nam de aliorum Doctorum compendijs hîc nihil attinet commemorare. Et, ut ad Iuris Ciuilis ſcientiam ueniamus: quæ ita latè patet, & diffuſa eſt, in omnes uitæ partes: ut vaſtus legum, caſuum, circumſtantiarum, & deciſionum quidam ueluti Oceanus eſſe videatur. Itaque Iuſtinianus Imperator, Et ſacratiſſimas Cōſtitutiones antea confuſas, inquit, in luculentam ereximus cōſonantiam: tum noſtram extendimus curam: ad ueteris prudentiæ uolumina: & opus deſperatum, quaſi per MEDIVM PROFVNDVM euntes, cœleſti fauore, iam adimpleuimus. Etenim Triboniano, Theophilo, & Dorotheo mandauit SPECIALITER Imperator: ut Inſtitutiones componerent: ut liceret cupidæ legum Iuuentuti prima illarum cunabula diſcere. Nam poſt libros quinquaginta Digeſtorum, ſeu Pandectarum: in quibus omne Ius antiquum collectū eſt: in quatuor libros eaſdem Inſtitutiones partiri iuſſit: ut eſſent totius LEGITIMAE Scientiæ prima ELEMENTA: quas ex omnibus antiquorum Inſtitutionibus compoſitas Iuſtinianus non legit ſolùm, & recognouit: ſed eis etiā pleniſſimum ſuarum Conſtitutionum robur accōmodauit. Ac tametſi præter Caium, multi veteres ſcripſerunt Iuris Ciuilis Inſtitutiones: ut Iulianus libros ſedecim: Vlpianus duos (quorum Epitome nuper edita eſt) Paulus duos: Calliſtratus tres: Florentinus duodecim: & alij alios: tamen hi quatuor libri ſine controuerſia, ſunt perfectiſſima

totius Iuris Ciuilis methodus, atque compendium: quo leui, & simplici uia, non diligentissima, atque exactissima interpretatione, quod postea faciendum est, singula traduntur. Sed enim propter faciliorem cognitionem, doctissimi quique homines, in gratiã Tyronũ Iuris, partim illud cõtraxerunt: partim in idẽ tabulas confecerunt. Georgius Viuiennus Antuerpianus Institutiones has abbreuiauit, & compilauit, Anno LXX (sic enim ipsemet scribit) in methodicam rationem: ut plus lucis adferret in plerisque locis ipsorum fontium ad hos riuulos diligens collatio. Idem fecit ante hunc, clarissimus vir, Paulus Prætorius: Anno videlicet LXI: cuius ἐπιτομῆς inscriptio est: Institutionũ Imperialium SVMMARIA, uel Resolutiones: propositæ in Institutione inclytis quibusdam Principibus. In hoc enim studij genere, Prætorius exercuit, ex sententia Illustrissimi Principis, IOACHIMI II, Electoris Brandeburgensis, &c. illustrissimæ memoriæ, filios celsitudinis suæ, D. FRIDERICVM, & SIGISMVNDVM, illustrissimos Principes: & clarissimum Megapolensem Ducem, IOAN. ALBERTVM, nepotem ex sorore eiusdem Electoris. Sed Viuiennus suam Epitomen, ex ipsis Institutionibus fere ad uerbũ deriuauit. Prętorius autem, planiore & faciliore stylo usus est: & quæ iam olim fuerunt antiquata, prudenter omisit. Atque hos duos ego Doctores legendos censeo: & coniungendos cum ipsis Iustiniani Institutionibus. Placet enim & hic mihi illud Horatij:

„ *Quicquid præcipies, esto breuis. Vt citò dicta*
„ *Percipiant animi dociles: teneantq; fideles.*

Et quia idem, statim in principio monet:

„ ———————— *Breuis esse laboro:*
„ *Obscurus fio:* ————————————

Idcirco prudenter iudicant docti: non solum docentis, seu Antecessoris προκγυμνὸς (quem Iuris professorem interpretatur ipse Iustinianus, in Pandectis) uocem, scilicet uiuam, esse cumprimis necessariam: sed etiam diligenti, & accurata Interpretum opus esse lectione: quæ domi in Bibliothecis debet institui: habito optimorum Doctorum, præsertim primis annis, delectu. Non enim præscripta sunt hæc Elementa legitimæ scientiæ, ab Imperatore ijs, qui λύται, & προλύται dicuntur (qui olim quarto anno horũ studiorum finito, poterant ipsi nodos Iuris quasi dissoluere: & qui iam discendi necessitate erant soluti, & liberi: non tyrones amplius: sed tanquam veterani milites) uerùm νομικὰ hæc προπαιδεύματα Iustinianus uoluit primo anno (illius pręfixi, Iuris studij absoluendi, quinquennij) tradi: sed ratione, modóque bono, atque perspicuo: reliquis duobus annis insequentibus alias huius amplissimæ facultatis partes uoluit aggregari. Quamobrem diurna, nocturnáque manu, ut idem Poëta loquitur, uersare cupida legum Iuuentus debet ante reliquos ἐξηγητὰς, nobilissimi, & clarissimi Iureconsulti, θεωρητικοῦ τε, καὶ πρακτικοῦ, D.D. IOACH. Mynsingeri à Frundeck, Ἀποτέλεσμα, siue corpus perfectum Scholiorum ad IIII libros Institutionũ Iuris Ciuilis. Nam qui hunc legerit diligenter: eius scientiam nihil fugiet eorum: quæ ad intelligentiam horũ

elemento-

elementorum requiruntur. Et quoniam non tam cognitionis, quàm memoriæ ratio habenda est: probanda etiam illorum est industria: qui omnem hanc Iuris methodum χηματισμοῖς, & tabulis delineare, & tanquam sub aspectũ discentium subijcere uoluerunt: ut uno intuitu integrum titulum, cũ suis Paragraphis, quos uocant, intueri possent. In quo genere multi magnà cum laude nostro tempore ita uersati sunt, & elaborârunt: ut alijs διαγράμμασι, ἢ διατυπώσεσι elementorum Iuris non opus esse uideatur. Sed hi non solùm alios Scriptores, uerum etiam diuersam uiam, rationémque sequi maluerunt. In his autem Tabulis, Pauli Prætorij ἀνάλυσις, à quodam, qui se nominari minimè uoluit, delineatę sunt: ita quidem ut nullũ eius cõpendij uerbũ sit prætermissum. Hunc ille, meo hortatu, & ductu, adolescens laborẽ suscepit, & intra tempus breue, quod instituit ἀμαθέστερον μὲν, ἀλλὰ σαφέστερον perfecit: non ut ederetur in publicum: sed, ut se priuatim exerceret: titulósque Iuris singulorum librorum mandaret facilius memoriæ. Schematismos tamen istos cùm uidissent doctissimi quique uiri, SEBALDVS Hawenreuterus, Medicinæ Doctor clarissimus, Physicus nostrę ciuitatis, vir acerrimo, grauissimóque iudicio præditus, dignos esse iudicauit: qui in uulgus emitterentur. Et ad huius talis, tantique uiri censuram, accesserunt postea excellentissimorum Iureconsultorum nostrorum iudicia: Doctoris MICHAELIS GRAVII, autoris tabularum Compatris, hominis doctissimi, & experientissimi: qui Rhetorum Græcorũ, & Latinorũ artem, præsertim, quę est τῶν δικαστηρίων, καὶ στάσεων (exemplo Iureconsulti, Vlrici Zasij) ad Iurisprudentiam scitè potest applicare. Etenim pars illa tota δικανικῶν λόγων, στάσις στοχαστική, νομική, δικαιολογική, καὶ παραγραφική, ad Iurecõsultos, qui Oratoribus in foro, atque iudicijs, uidentur hodie successisse, propriè pertinet: huiusque νομικῆς τέχνης origo est, atque fundamentum. Dignas etiam hasce Tabulas, quæ à Librario diuulgarentur: censuerunt Legum Doctores, & Professores eius facultatis, in Academia Argentoratensi nostra, celeberrimi: OBERTVS GIFANIVS, Institutionum, & LAVRENTIVS TVPPIVS, τῶν πανδέκτων προηγούμενοι, seu antecessores, & Doctor MICHAEL Beuterus, Collegæ, & amici nostri. Itaque eas typographo describendas dedimus: permoti tantorum virorum grauissimis iudicijs. Has enim cupidæ legum Iuuentuti, & Tyronibus Iuris utiles fore non dubitârunt affirmare. Ac quantum ego iudicare possum: spero aliquid Institutionibus Iustiniani lucis accessurum. Primùm, propter μέθοδον, quæ est ἀναλυτική. Nam proposito fine Iuris Ciuilis scientiæ: non solùm cõmuni, καλῶς βιοῦν, honestè uiuere (sic enim Iustinianus, ἐν τῇ νεαρᾷ, LXXVII, Græcè illud explicat) uerùm etiam proprijs: ἕτερον μὴ βλάπτειν, neminem lædere: & τὸ οἰκεῖον δίκαιον ἑκάστῳ νέμειν, suum cuique tribuere: artificiosè omnia, quæ ad hosce fines pertinent, aggregantur. Deinde, propter τηρεῖαν, seu τάξιν, ordinem singularũ rerum: quæ singulis, ut Iureconsulti loquuntur, titulis sunt comprehensæ. Habet enim & hæc scientia sua principia, suos progressus, & suos quosdam fines constitutos. Nam aut genera tractat Iuris: ut publicum, & priuatum, aut causas Iuris, uel acquirendi, uel retinendi. Publica sunt, Iura, & leges: Magistratus, Iudicia pu-

blica,& priuata: Ecclesia, & Religio, Fiscus, militia, ciuitates. Priuatum uerò Ius, singuli habent, tam in personas (ut est ius inter maritum, & uxorem: parentes, ac liberos: dominum, & seruum: patronum, & libertum: tutorem, & pupillũ: curatorem, & adultum) quàm in res: ut sunt, dominium, possessio, usufructus, usus, seruitutes: & quicquid est iurium huiusce generis. Iam, causæ iuris acquirendi, alias nominant Lucratiuas: cuiusmodi sunt, hæreditates, legata, & fideicommissa, donationes, usucapiones: alias oneratiuas (sic enim loquuntur) Eius generis sunt obligationes, & actiones: quæ rursus sunt, aut ex contractu uero, & nominato, uel quasi contractu, eóque innominato (quibus accedunt συναλλάγματα eorũ qui in aliena sunt potestate, cũ suis actionibus) aut ex maleficio: ut furto, rapina, damno, iniuria. Et ne singula persequamur, quæ sunt penè infinita: post has progressiones, ad fines constitutos transeunt Doctores: & causas explicant Iuris, uel retinendi, uel recuperandi: qua in parte νομική, de exceptionibus præcipitur, de in integrũ restitutionibus, de condictione indebiti, & similibus negotijs: de liberationibus, de capitis diminutione, captiuitate, & postliminio. Ex his locis, & tanquam capitibus prudentiæ Iuris, non solùm ordo conspici, sed etiã methodus animaduerti potest. Nam etsi ἀνάλυσις, princeps via est, illa omnia tradendi: subsidiariam tamen accersit hæc mirabilis doctrina διαιρετικήν, diuidendi, partiendique rationem: cuius dux est ὁρισική, definiendi vnumquódque artificium. Omnium enim eorum, quæ κεφαλαιωδῶς enumerata sunt, nosse oportet definitiones. Veruntamen necessarium est, exactè præterea tenere titulos duos generales: unũ de uerborum, & rerum significatione, quæ λεξικόν quoddam iuris est: alterum de Regulis Iuris. Sed quid ego hæc ad te, generose Comes, ac Domine? qui in hac arte non sum versatus: præsertim cùm habeas doctissimũ Magistrũ, & mei amantissimũ, PAVLVM MEIERVM, Nordlingensem: quem nõ dubito curare: vt tuus generosissimus animus, hac quoque doctrina excolatur. Nam audio, te historiarum lectioni, hæc Iuris elementa, legúmque cunabula diligenter adiungere. Quæ duo, in uestri ordinis hominibus, præcipuè requiruntur. Beatas enim cum Platone, eas Respublicas puto: quas, qui regunt, omne suum studium in doctrina, & sapientia collocârunt. Et placet Socratis, apud Xenophontem, ista præclara uox: Ἐτεκμαίρετο, τὰς ἀγαθὰς φύσεις μάλιστα ἐκ τοῦ ἐπιθυμεῖν τῶν μαθημάτων πάντων: δι' ὧν ἔσιν οἰκίαν τε καλῶς οἰκεῖν, καὶ πόλιν: καὶ τὸ ὅλον ἀνθρώποις, καὶ ἀνθρωπίνοις πράγμασιν εὖ χρῆσθαι. τοὺς γὰρ τοιούτους ἡγεῖτο παιδευθέντας οὐκ ἂν μόνον αὐτούς τ' εὐδαίμονας εἶναι: καὶ τοὺς ἑαυτῶν οἴκους καλῶς οἰκεῖν: ἀλλὰ καὶ ἄλλους ἀνθρώπους, καὶ πόλεις δύνασθαι εὐδαίμονας ποιεῖν. Vnde Imperator, Principem virum, hominibus literatis gubernacula Reipub. uult committere: ubi, inquit, cohortando, & promittendo præmia studiosis legum, in Proœmij conclusione: Summa itaque ope, & alacri studio, has leges nostras accipite: & uosmetipsos sic eruditos ostendite: vt spes uos pulcherrima foueat: toto opere legitimo perfecto: posse etiam nostram Rempub. in partibus eius, vobis credendis gubernari. Nec verò dubitamus, VVOLFGANGE Comes inclyte, tuum illũ generosum, celsúmque animum pulcherrimarum rerum studio flagrantem, auitæque & patriæ

laudis,

laudis,ac gloriæ cupidum, hac etiam uel excitari: ut appetas ciuiles diſciplinas: quibus non modò tuam antiquiſſimam, & nobiliſſimam familiam Caſtellanorum magis illuſtrare,uerumetiam, te, tuóſque, & Rempublicā ſapienter regere, & adminiſtrare breui poſſe uidearis. Quæ cauſa fuit: ut has Inſtitutionum tabulas ad te mitterem: certè non incitandi, & cohortandi ultrò currentē: ſed collaudandi,teque confirmandi cauſa: &,ut qualecunque, erga tuam generoſam indolem,hæc τοῦ γαμβροῦ ἐμοῦ opella,à me nunc edita, obſeruantiæ noſtræ extaret argumentum. Cui nihil addidi: præter arborem, quam uocant, Cognationis: & titulorum,ex Theophilo,Græcas ἐπιγραφάς: quem Interpretem, ut Iuris ſtudioſi cum Inſtitutionibus ipſis coniungant,conſulo. Habes patrem,inclytum, & generoſiſſimum Comitem, D. GEORGIVM: ſapientiſsimum gubernatorem, virum egregia doctrina, & exterarum linguarum peritia clariſsimum,pietate,moderatione in rebus omnibus, & animi magnitudine præſtantem. quem illuſtriſsimus princeps, GEORGIVS Fridericus, Marchio Brandeburgēſis, &c. ſuperiori Prouinciæ, quæ in Nariſcis eſt, adminiſtrandæ, propter has ipſas pulcherrimas laudes, & ſingularia ornamenta, præfecit. Cui tribuunt prætereà prudentiam,iuſtitiam,æquitatem,clementiam,humanitatem, & facilitatem admirabilem: ut nihil de ingenio excellenti, & rara eius facundia dicam. Hanc enim uehementer nobis, ut alias naturæ dotes, clariſsimus uir, MICHAEL BEVTHERVS, Hiſtoriarū, in Academia noſtra doctiſsimus Profeſſor, familiæ veſtræ antiquiſsimæ ſtudioſiſſimus,laudauit. Quid de fratribus illius herois patris tui,dicā? πατρῷοι tui ſunt (ut mihi idē Doctor noſter retulit) CONRADVS: qui fuit annū circiter M.D.XXXIIII, Rector ſtudiorum electus,in ueteri Academia Ingolſtadienſi: nunc etiā prudentia, & cōſilio,in rebus adminiſtrandis,eximius eſſe prædicatur. Qualis, & quātus vir alter patruus tuus eſt, Comes HEINRICVS? vir,ut egregiè doctus: ſic callentiſsimus linguæ Italicæ, & Gallicæ: ingenio,prudentia,induſtria,grauitate, humanitate, & pietate longè clariſſimus. Quas etiam ob cauſas, Illuſtriſſimus Princeps, & Dux Vvirtembergenſis, CHRISTOPHORVS, dum viueret,eum in Prouincia ſua adminiſtrāda legare ſibi uoluit: quam adhuc ita regit: ut & populo ſalutaris, & ſibi glorioſa Ducatus illius, ut uocant, ſit adminiſtratio. O beatas Reſpublicas, O beatos populos: qui talibus gubernatoribus ſunt ſubiecti. Comes FRIDERICVS, tertius Patruus tuus: præterquam quòd literatus fuit homo: etiam Gallicæ, ac Italicæ linguæ fuit peritiſſimus. ſed nō in toga ſolùm fuit uir grauis, prudēs, diſertus, atque humanus: uerumetiā in armis, dux fortiſsimus: & Germanicæ libertatis amantiſsimus. Itaque pro hac, laborante Repub. non dubitauit uitā ſtrenuus heros profundere. Ex quibus perſpicuum eſt: qualis, quantúſque vir Auus tuus, VVOLFGANGVS, eiuſdē tecū nominis, Comes generoſiſſimus Caſtellanus fuerit: qui ſuos hoſce filios, patrē, & patruos tuos, poſt ſe reliquerit: ad omnē uirtutis, & doctrinæ laudē educatos, & inſtitutos. Quos tu quidem, nobiliſſime Comes Vvolfgange, prudenter ad imitandū ante animū, & oculos tibi cōſtituis: eorúmque ueſtigijs firmiter inſiſtis: ut, ſi, laude, & gloria uirtutum, & rerū adminiſtratarū, atque geſtarū, nō ſuperior, ſicut eniteris, at par breui tēpore, exiſtas. Vale benè, ac feliciter, generoſiſſimè adoleſcens. Argentorati IIII. Calend. Sept.

ↀ D. LXXIV.

IN TABVLAS NOVAS INSTITV-
tionum Iuris, Epigramma Casparis Mallinij Poloni.

VT benè consuleret Iuris tyronibus, atq;
Panderet ad leges Induperator iter.
Colligere ex varijs mandat scriptoribus, istud
Quod breuiter Iuris semina tradit, opus.
Sed dum consulti breuiores esse laborant:
Obscuros breuitas multa subinde facit.
Vt nisi tyronem quis per compendia ducat,
In medijs anceps hæsitet ille, vijs.
Hæc Author secum studiosa mente volutans,
Quin aliqua pubem parte iuuamus? ait.
Nec mora: sacrati Iuris primordia, doctas
Colligit in tabulas commodiore via.
Vt mirere simul verborum lumen in illo,
Et dubites breuior perspicuúsne mage est.
Ergò pio grates Authori, docta Iuuentus,
Qui tibj consultum vult benè totus, age.
Tum vigilj studio cultas euolue tabellas.
Nam vice commentj fertilioris erunt.

INSTITVTIONVM IMPERIALIVM RESOLVtiones, tabulis, vel σχηματισμοῖς delineatæ.

DE IVSTITIA, ET IVRE, AC PRImum de Iustitia: περὶ δικαιοσύνης.

TITVLVS I.

Loci hic sunt duo:

- I. DEFInitio
  - NOMINIS. *Iustitiæ uocabulum*
    - *Diuersis vsurpatur modis.*
    - *Sed in hac materia, tantùm agitur de Iustitia Legali.*
  - REI.
    - *Iustitia, sicut nunc loquimur, est constans, & perpetua uoluntas suum cuiq; tribuens: hoc est, Iustitia est habitus uoluntatis, suum cuiq; tribuens.*
    - *Ita & Philosophi dicunt: Iustitia est uirtus suum cuiq; tribuens. De hac autem materia peculiares sunt, apud Philosophos, descriptiones.*
- II. DIVISIO. *Ea diuidi solet,* IN
  - *Vniuersalem,* τὴν καθόλου.
  - *Particularem,* τὴν κατὰ μέρος. *Hæc rursus diuiditur,* IN
    - *Commutatiuam,* μεταβλητικὴν.
    - *Distributiuam,* διανεμητικὴν.

DE IVRE, περὶ δικαίου.

Loci huius secundæ partis sunt tres:

- I. *Vocabulum: quod usurpatur etiam diuersis modis. Interdum*
  - *Idem est, quod Iuris prudentia: pro qua utimur uocabulo iuris, in hoc loco.*
  - *Pro facultate tenendi, uel pro iure in certam aliquam rem, quæcunq; sit ista, ponitur.*
- II. *Definitio. Ius uerò in prima significatione, est ars boni, & æqui, æquum, ab iniquo separans, licitum, ab illicito discernens. Id perinde sonat: ac si dicas: Ius est doctrina, de iure, tradens leges, in iudicijs forensibus necessarias.*
- III. *Præcepta iuris generalia (παραγγέλματα, ἢ κοινὰ ἐν νεια) sunt tria:*
  - *Honestè uiuere:* καλῶς βιοῦν.
  - *Neminem lædere:* ἕτερον μὴ βλάπτειν.
  - *Suum cuiq; tribuere:* τὸ οἰκεῖον δίκαιον ἑκάστῳ νέμειν.
  - *In his tribus præceptis consistit summa, scopus, finis, & officium totius Iurisprudentiæ. Eadem autem possunt etiam ad iustitiam, suo modo accommodari.*

DE DIVISIONIBVS IVRIS.

TITVLVS II.

Species iuris, θέσεις, sunt,
- IVS *Naturale, τὸ φύσει δίκαιον.*
- IVS *gentium, τὸ ἐθνικὸν δίκαιον.*
- IVS *Ciuile, τὸ πολιτικόν. Id duplex est:*
  - *Romanũ, uel Cæsareum.*
    - *Scriptum, Νόμοι ἔγγραφοι.*
      - *Lex.*
      - *Plebiscitum.*
      - *Senatusconsultum.*
      - *Magistratuum edicta.*
      - *Responsa prudentium.*
      - *Principum placita.*
    - *Non scriptũ, νόμοι ἄγραφοι.*

    Ius Romanum interdũ diuiditur IN
    - *Publicum.*
    - *Priuatum.*
  - *Municipale.*

His addi solent interdum, IVS
- DIVINVM.
- CANONICVM.

Alia diuisio Iuris Ciuilis, sumpta ex materia. Ac prodest ad totius Iurisprudentiæ distinctionem.

Sed inprimis tenenda est hæc diuisio. IVS *aliud est:*
- PERSONAE: *quod consistit* IN
  - *Descriptionibus, de personarum conditionibus.*
  - *Potestate, quam quis habet in aliam personam.*
- REI. *Ac consistit* IN
  - *Descriptionibus, de rerum conditionibus.*
  - *Potestate, quam quis habet in rem.*
- ACTIONIS: *Consistitq;* IN
  - *Descriptionibus, de actionum conditionibus.*
  - *Potestate, quædam agendi, contra alium.*

Ex his diuisionibus, proximę duę possunt ad vtramq; uocabuli iuris significationem accommodari.

DESCRI-

DESCRIPTIONES GENERVM singulorum.

Τὰ ὁριστικά.

1. IVS SCRIPTVM, νόμος ἔγγραφος, est, quod relatum fuit in scripta: ita ut certis tabulis, uel libris contineatur. Idem autem sæpißime IVS POSITIVVM nuncupatur, θετικόν.
2. IVS NON SCRIPTVM, νόμος ἄγραφος, uocatur aliâs Consuetudo, ἔθος, uel IVS Consuetudinarium. Est autem Consuetudo, Ius non scriptum, tacito populi consensu introductum: publicam utilitatem respiciens, & probabilem rationem obtinens.
3. LEX, νόμος. Hoc uocabulum aliâs generaliter, aliâs specialiter usurpatur. Sed hic agitur de speciali usu. LEX est decretum, uel constitutio, facta ex propositione Consulis, & approbatione totius populi Romani.
4. PLEBISCITVM, τοῦ πλήθους ἡ γνῶσις, καὶ νομοθεσία, est decretum, uel constitutio, facta ex propositione Tribuni, & approbatione plebis Romanæ.
5. SENATVS CONSVLTVM, τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα, est decretum, uel constitutio, facta solius Senatus Romani autoritate, consensu populi.
6. MAGISTRATVVM edicta, τῶν ἀρχόντων ἔδικτα, Theophilo, sunt constitutiones Prætorum, & Aedilium: quales interdum populo Romano, officij nomine proponebant. Eadem etiam solebant IVS HONORARIVM appellari. Quia proponebantur ab ijs, ratione officij, uel honorum, quos querebant.
7. RESPONSA prudentum, τῶν σοφῶν ἀποκρίσεις, sunt sententiæ Iurisconsultorum ueterum: quas proferebant ij: quibus de iure respondere, publica autoritate, permissum erat.
8. PRINCIPVM placita, sunt Constitutiones Imperatorum, διατάξεις βασιλικαί. Eæ peculiariter solent Constitutiones uocari. Sed sunt duplices: Generales, & Speciales.
9. PVBLICVM ius, τὸ δημόσιον, uocatur: quod ad statum totius Reipublicæ Romanæ spectat. ut ius fori, platearum, sacrarum ædium.
10. PRIVATVM ius, τὸ ἰδιωτικόν, uocatur: quod ad priuatam cuiuslibet utilitatem pertinet: ut ius ædium priuatarum, agri priuati, & cuiuslibet rei priuatæ.

IN QVIBVS REBVS QVODQVE IVS consistat.

Consistit autem IVS

- Naturale, in regulis quibusdam natura notis. Et est ipsißima principiorum practicorum notitia.
- Gentium, in consuetudinibus, communi omnium hominum usu, & approbatione introductis. Et est ius quoddam, quod naturalis ratio humanis necessitatibus exigentibus, inter omnes homines æque constituit: ita ut uim legis apud omnes gentes obtineat.
- Ciuile Romanum, in Statutis, & consuetudinibus autoritate Romanorum introductis. Idem etiam Cæsareum, ut antea dictum est, interdum nuncupatur. *
- IVS Municipale, in statutis, & consuetudinibus aliarum Ciuitatum, quæcunque sunt istæ. Idem etiam IVS STATVTARIVM interdum appellatur.
- DIVINVM, in legibus DEI: prout in sacra scriptura proponuntur.
- IVS CANONICVM, in constitutionibus Pontificum, de rebus, & personis Ecclesiasticis, & de iure illarum.

DE IVRE PERSONARVM, περὶ προσωπικοῦ δικαίου.

TITVLVS III.

IVS personarũ, sicut dictũ est, consistit uel IN

- Descriptionibus de conditionibus personarũ. Quarũ conditionem diuisio alia est
  - NATVRAE, qua unum tantum est genus personarum conditionis, scilicet LIBERTAS.
  - GENtium, quo duæ sunt generales conditiones
    - LIbertas. A.
    - SErui tus. B.
    - Eatenus oẽs homines aut sunt
      - LIberi. Iam
        - Libertatis duo sunt status aut gradus
          - INGEnuitas.
          - LIBERtinitas.
          - Inde est illa diuisio. Omnes liberi aut sunt:
            - INGENVI.
            - LIBERTINI.
        - SERVITVTIS alij, de quibus mox.
      - Serui.
- Potestate quã quis habet in aliam personam. In qua duo sunt spectanda:
  - DIVIsiones. Nã potestatis in personis duo sũt genera. Alia est
    - Propria.
    - Aliena.
    - Eatenus oẽs homines aut sunt iuris
      - Sui.
      - Ali eni.
      - Iam potestatis.
        - Propriæ, uel sui iuris, duo sunt modi, uel species
          - Perfecta.
          - Imperfecta.
          - Pertinet ad eos qui
            - Nec à patre, nec à domino, nec à tutore nec à curatore gubernantur.
            - Adhuc sunt uel sub tutore, uel curatore. Sui enim iuris imperfecti duo sunt gradus: esse uel sub tutore, uel curatore. Eatenus omnes, qui sunt sui iuris imperfectè, illi sunt uel sub tutela, uel sub cura.
          - Quicunq; igitur sunt sui iuris, ij sunt sui iuris uel perfectè, uel imperfectè.
        - Alienæ, uel iuris alieni, etiã duo sunt modi, uel species. Potestas
          - Patria.
          - Dominica.
          - Quicunq; igitur sunt sub potestate aliena, illi aut sunt sub
            - Patria.
            - Dominica.
  - VSVS. Hæc uerò distributio prodest partim ad descriptiones de iure personarum, partim ad ordinem, uel seriem titulorum, primi libri intelligendam.

ΔΙΟΡΙΣΜΟΙ.

A. LIBERTAS, ἐλευθερία, *est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet: nisi, si quid ui, aut iure prohibetur: hoc est: Libertas est conditio, uel status hominum, iure naturæ introductus, consistens in hoc: ut is, qui liber est, liberè agat: sed salua iuris, & legum autoritate.*

B. SERVITVS, δουλεία, *est constitutio iuris gentium: qua quis domino alieno, contra naturam subijcitur. Vel, est conditio, seu status hominum iure gentium introductus, consistens in hoc: ut is, qui seruus est, domino suo subiectus sit: ut facere, patiq; cogatur, quicquid dominus, quoquo modo iniunxerit.*

OBSERVATIO.

Seruitutis verò, qualis fuit apud veteres, peculiares erant conditiones, & obligationes. Sed illæ apud Christianos nullum nunc habent vsum. Ita igitur uetus illa seruitus expirauit: & nostræ seruitutes sunt tantum seruitia quædam.

DE INGENVIS, ET LIBERTINIS,

περὶ ἐυγενῶν, καὶ ἀπελευθέρων.

TITVLVS IIII, ET V.

Titulus uterq; est
- *Ὁριστικὸς. Continet enim rerum, personarumq; definitiones.*
  - *Ingenuitas, est conditio, uel status hominum, quo quis est ab ipsa natiuitate liber.*
  - *Libertinitas, est conditio, uel status hominum: quo quis beneficio manumissionis est liber.*
  - Dicuntur ergo
    - *Ingenui, εὐγενεῖς, qui ab ipsa natiuitate sunt liberi.*
    - *Libertini, ἀπελεύθεροι, qui beneficio manumissionis ex seruis, liberi sunt facti.*
- *Διακριτικὸς, discriminationis. In his materijs, peculiares erant apud ueteres, conditiones. Sed nunc alia est ratio. Ideoq; satis est, generalissimas tantum descriptiones tenere.*

DE MANVMISSIONE,

περὶ δόσεως τῆς ἐλευθερίας.

TITVLVS VI, ET VII.

Sunt & hic duo loci.

- Ὅρος. *Manumißio est actio, qua seruus libertate donatur à domino.*
- Διαίρεσις. *In manumißionibus, peculiares erant, apud ueteres, solennitates. Sed totum illud genus unà cum seruitute, expirauit. Eatenus opus non est: ut multum, in his materijs, temporis insumatur.*

DE POTESTATE DOMINICA,

περὶ δεσποτικῆς ἐξουσίας.

TITVLVS VIII.

Tot & huius tituli partes sunt.

- Ὅρος. *Potestas Dominica, est ius, uel potestas domini, in seruum, quatenus est dominus.*
- Διαίρεσις. *Istius potestatis erat, apud ueteres, peculiaris autoritas, & peculiaria priuilegia. Sed ex his pleraq; apud Christianos, in usu esse desierunt. Et successerunt in locum obligationes plenæ humanitatis, & iure naturæ consentientes.*

DE PATRIA POTESTATE,

περὶ πατρικῆς ἐξουσίας.

TITVLVS IX.

Huius tituli quatuor sunt loci.

- Ὅρος, *Definitio. Patria potestas, est ius, uel potestas patris, in liberos, & nepotes.*
- Τὸ ἀντιστρέφον, *et fundamentum huius relationis.*
  - VERVM. *Ista enim Potestas de iure ciuili, tantùm pertinet ad*
    - *Liberos, ex iunctis nuptijs procreatos.*
    - *Descendentes, in linea masculina: sed ex iustis nuptijs procreatos.*
    - *Adoptiuos.*
    - *Legitimatos.*
    - *Eatenus sunt sub mea patria potestate.*
      - *Nati mihi, ex iustis nuptijs.*
      - *Nepotes mei, nati ex filio meo, per iustas nuptias.*
      - *Idem ulterius ualet in omnibus descendentibus.*
  - *Falsum. Namq; è contra, nõ sunt sub mea patria potestate, ex filia mea descendentes,*
    - *Nepotes mei.*
    - *Omnes inferiores.*
    - *Sed sub eius, qui ex linea masculina, maximus est natu.*
- Τὸ τέλος, *terminus seu officium. Etenim patria potestas consistit in eo: ut pater filium gubernet: ut poßit mandare, & prohibere: ut in nonnullis acquirat dominium, per filium: & in nonnullis administrationem, & usufructum.*
- Τὰ αἴτια, *Causæ potestatis patriæ: quarum tres constitui solent:*
  - *Nuptiæ, uel matrimonium.*
  - *Legitimatio.*
  - *Adoptio.*
  - *Sed hæ causæ distributiuè sunt intelligendæ: & eatenus satis est, unam concurrere tantùm.*

APPEN-

APPENDIX HVIVS TITVLI DE LIBERIS.

Partes appendicis sunt duæ:

- Πόρισμα, *tanquam corollarium quoddam. Ratione patriæ potestatis filius non potest*
  - 1. *Patrem suum, in ius uocare, sine peculiari Iudicis uenia.*
  - 2. *Contrahere, suo nomine: excepto peculio castrensi, uel quasi.*
  - 3. *Condere testamentum, excepto peculio castrensi, uel quasi.*
- DIVISIO
  - GENERALIS. *Aut enim sunt liberi*
    - *Naturales, & legitimi simul, nati uidelicet, ex iustis nuptijs.*
    - *Naturales tantùm, nati, uidelicet, extra iustas nuptias.*
    - *Legitimi, utpote adoptiui.*
  - SPECIALIS. *Naturalium enim sunt aliqui gradus: Nam alij nati sunt ex*
    - *Concubinis.*
    - *Publicis scortis: & hi spurij uocantur.*
    - *Incestu.*

DE NVPTIIS,

περὶ γάμου.

TITVLVS X.

- I. Σύμβολον. *Nuptiarum uocabulum, hoc loco, intelligi debet*
  - *Non de actu nuptiali.*
  - *Sed de ipso matrimonio.*
- II. Ὅρος. *Est autem matrimonium, uiri, & mulieris coniunctio, indiuiduam uitæ consuetudinem continens.*
- A
  - *Primùm Generalis: ut contrahatur, secundum leges.*
  - B
    - C *Iusta ætas. Et eatenus, de iure Ciuili, quò ad*
      - *Consensum, debent esse maiores septem annis.*
      - *Nuptias, debent esse pubes: ita, ut*
        - *Masculi sint maiores quatuordecim annis.*
        - *Fœminæ duodecim. Interdū tamen malitia supplet ætatem.* D

A — B — C — D

In hoc decimo titulo, loci sunt quatuor considerandi:

- III. Τὰ ἄιτια, καὶ περιςάσεις. *Ad iustas uerò nuptias, uel matrimonium, certæ quædam requiruntur conditiones.*
  - *Deinde Speciales, ut,*
    - HABILItas *personarum cõtrahentiũ In his enim requiruntur peculiares conditiones. Nempe,*
      - *Iusta distantia sanguinis, uel familiæ. Et eatenus non debent esse consanguinei, nec in linea recta, in infinitum: nec collateraliter in secundo gradu, in linea inæquali. Hi gradus prohibentur, nõ tantum de iure Diuino: uerum etiam Ciuili. De reliquis uerò gradibus, non extant in illis prohibitiones: sed soli Canones prohibent, usq; ad quartum gradum inclusiuè.*
      - *Iusta distantia affinitatis. In isto casu uidendum est: ne sint affines: nec in linea recta, nec collateraliter, in primo gradu: nec collateraliter, in secundo gradu, in linea inæquali. Hæc omnia debẽt intelligi de primo genere affinitatis. Reliqua genera, secundum uidelicet, & tertium, quæ fiunt ratione accessionis, de iure restentiori, non impediunt matrimonium. Et eatenus licet mihi ducere affinis mei demortui uxorem posteriorem, ductam post mortem cognatæ meæ.*
      - *In singulis igitur conditionibus, peculiares concurrunt* REGVLAE, *continentes summã totius de iure contractus doctrinæ.*
    - *Consensus contrahentium qui debet:*
      - *Fieri ab intelligentibus.*
      - *Esse*
        - *Voluntarius.*
        - *Liber ab omni coactione.*
      - *Constare perspicuis uerbis, & ad contractum matrimonij pertinentibus.*
      - *Esse categoricus. Sed interdum in certis casibus ualet etiam hypotheticus.*
      - *Talis esse, ut non sit clandestinus, uel furtiuus.*
    - *Consensus parentũ, qui debet esse*
      - *Expressus.*
      - *Voluntarius.*
      - *Sed de iure ciuili, excipiuntur*
        - *Mater.*
        - *Pater*
          - *Furiosus.*
          - *Prorsus negligens.*
          - *Prorsus iniquus erga liberos, quò ad matrimonialem illum contractum.*

A — B

Solennitas

A B

Solennitas. Haec ultimo loco requiritur. Eaq; consistit IN
- *Sponsalibus.*
- *Arrhis.*
- *Annulis.*
- *Dote.*
- *Donatione propter nuptias.*
- *Nuptiarum celebratione.*
- *Copulatione.*
- *Alijs quibusdam, prout, in qualibet regione, sunt recepta.*

IIII. Τελεστικά, *seu effectus aut poenae contracti matrimonij contra leges. Sunt autem hae potissimum:*
- *Annihilatio matrimonij.*
- *Annihilatio dotis.*
- *Priuatio patriae potestatis.*
- *Infamia.*
- *Confiscatio bonorum.*
- *Exilium.*
- *Dignitatis depositio.*
- *Verberatio, seu fustigatio, si sint humiles personae.*

Sed hae poenae pertinent potissimum ad illum casum: quando contrahuntur matrimonia contra iura sanguinis, & affinitatis.

Haec sunt communissima, in ista materia, capita. Interdum solet aliqua habilitatis ad procreationem mentio fieri: interdum de casibus quibusdam differitur. Sed haec sunt ex integris descriptionibus petenda.

DE LEGITIMATIONE, ET ADOPTIONE.

TITVLVS XI.

Pars Tituli prima, de Legitimatione.

Prioris partis, loci sunt:

DEFINITIO. *Legitimatio est, quando quis ex naturali tantum, fit naturalis, & legitimus simul.*

DIVISIO. *Nam modi legitimationis tres sunt:*
- *Rescriptum Principis.*
- *Oblatio curiae.*
- *Subsequens matrimonium.*

Naturales igitur liberi, per unum aliquem istorum modorũ legitimantur. Nempe uel
- *Per Principis rescriptum.*
- *Si curiae offerantur.*
- *Per subsequens matrimoniũ parentum.*

A

VSVS.

A

VSVS. Prodest enim legitimatio,
- Patri quidem, ad patriam potestatem.
- Liberis uerò, ad
  - Hæreditates.
  - Alios quosdam usus.

PARS ALTERA, DE ADOPTIONE, περὶ ὑοθεσίας.

Posterioris partis, duo sunt loci:
- DEFINITIO. Adoptio est actus legitimus, quo fit aliquis filius, uel nepos: qui alioquin non est filius, uel nepos.
- DIVISIO. Sunt enim eius species duæ:
  - Adoptio in specie: quando adoptatur is: qui est sub alterius patria potestate.
  - Arrogatio: quando adoptatur is, qui est sui iuris.

DE SOLENNITATIBVS, Appendix.

In his materijs, erant olim peculiares quædam solennitates. Sed illæ rarissimum, & ferè nullum, quod constet, usum habent.

DE MODIS, QVIBVS IVS PATRIAE POTEstatis soluitur, ποίοις τρόποις τὸ ὑπεξούσιον διαλύεται;

TITVLVS XII.

Patria potestas, est uinculum quoddã, suo modo obligatorium.
- GENERA, uel modi solutionis sex recitantur:
  - 1. Mors naturalis.
  - 2. Mors ciuilis. Sed hæc intelligi debet, uel de
    - Deportatione.
    - Seruitute pœnæ.
  - 3. Dignitas patriciatus.
  - 4. Captiuitas apud hostes.
  - 5. Emancipatio. Est autem actio quædam patris: qua filium suũ è patria potestate dimittit, & quasi manumittit. Ista ratio ueteribus erat in usu. Sed apud Christianos, non fiunt talia, quod constet.
  - 6. Adoptio.
- MODVS, & forma actionis. In nonnullis generibus, suæ quædam erant olim solennitates, & regulæ. Sed nunc, non omnium est usus.

Sunt igitur hi modi, quibus uinculum illud obligatorium dissoluitur.

DE TVTELIS,

περὶ ἐπιτροπῶν.

TITVLVS XIII.

Huius tituli pars prima est ipsius Rei. Loci eius sunt,

DEFINITIO. *Tutela, ἐπιτροπὴ, est ius ac potestas in capite libero: ad tuendum eum, qui per aetatem, se ipse defendere nequit: Iure ciuili data, atque permissa.*

DIVISIO. Ea enim triplex est:

- *Testamentaria, quando quis ratione testamenti constituitur tutor.*
- *Legitima, quando quis ratione coniunctionis cuiusdam, de tutela tenetur. Huius quatuor sunt gradus, uel species:*
  - AGNATORVM, *quando quis ratione agnationis de tutela tenetur. Agnati autē uocantur: qui linea masculina coniuncti sunt: sicut Cognati, qui linea foeminina.*
  - PATRONORVM, *quando patronus fit tutor liberti, & liberorum eius: si sunt impuberes.*
  - PARENTVM, *quando pater fit tutor filij sui emancipati.*
  - FIDVCIARIA, *quando frater non emancipatus, fit fratris sui emancipati tutor, post mortem patris.*
- *Datiua, quando quis à Magistratu datur, uel constituitur tutor. Haec aliâs uocabatur Attiliana, & tutor Attilianus.*

VSVS. *Prima diuisio ualet distributiuè: ita, ut uno deficiente, ad alterum procedatur. Non extantibus testamentarijs tutoribus, tenentur agnati. Non extantibus nec testamentarijs, nec agnatis, potest aliquis constitui à Magistratu.*

TEMPVS. *Durat autem usque ad annos pubertatis pupilli: ita ut post eam expiret: in masculis uidelicet, ad annum XIIII. in foemininis, ad annum XII. Sed sunt alij etiam modi expirantis tutelae: de quibus paulò post. Finita uerò tutela, tenetur tutor, de reddenda ratione gestae tutelae.*

Pars Tituli secunda, quae est Personarum.

Hic considerantur personae tres:

TVTOR, *cuius officium principale est, tueri personam pupilli. Interim tamen etiam rei rationem habere debet. Ideoque dici solet: Tutor primariò personae, secundariò rei datur.*

In tutore autem requiritur, ut sit

1. *Homo liber.*
2. *Compos mentis.*
3. *Maior uiginti quinq; annis.*

Is, qui dat tutorem. In quo requiritur, ut habeat

1. *Potestatem dandi tutorem.*
2. *Potestatem aliquam in pupillum.*

Pupillus: in quo generaliter requiruntur: Vt sit

- *Liber.*
- *Impubes.*
- *Sub potestate dantis tutorem.*
- *Non sub alterius potestate.*

QVI

QVI TESTAMENTO TVTORES dari possint? τίνες δίδοσθ ἐπίτροποι ἐν ταῖς διαθήκαις δύνανται;

TITVLVS XIIII.

Hic tria consideranda sunt.

- I. *Qui non poßint esse tutores?*
  - *Furiosus durante furore: sed post furorem esse potest. Et eatenus, ante furorem institutus, tempore furoris, desinit esse tutor. Sed liberatus, cogitur esse.*
  - *Minor uiginti quinque annis. Sed institutus tempore ætatis minoris, si legitima ætas aduenerit, incipit esse.*
- II. *Quid in tutela legitima,*
  - *Licitum sit?*
    - *Licitum est, sub conditione, uel sub denotatione certi temporis, aliquem tutorem instituere.*
    - *Licitum etiam est, ut tutoris institutio, in testamento, institutionem hæredis, uel præcedat, uel sequatur.*
  - Non sit licitum? *Non enim licet, ut tantum ad certam aliquam rem, tutor, in testamento detur: cum non rei, sed personæ, tutores principaliter constituantur.*
- III. *Vocabula. Nam in testamentarijs tutelis illa spectari debent:*
  - *Si datur filijs: tunc tantum tutor filiorum, & filiarum est.*
  - *Si datur liberis, uel posteris, tunc omnium est tutor: quotquot ex illo stipite sunt orti.*

Tutores igitur possunt, in testamento constitui. Sed requiruntur generalia illa, de quibus antea dictum est.

DE LEGITIMA AGNATORVM TVTELA, περὶ νομίμων πατρώνων ἐπιτροπεύσεως.

TITVLVS XV.

Spectari in hoc titulo debent:

- NOMEN. *Legitima tutela dependet ex legibus XII. Tabularum: & inde etiam nomen habet.*
- CIRCVM-*stantiæ.*
  - PERSONA. *Ea tutela pertinet ad coniunctos quosdã. Nam tutela agnatorum*
    - *Iure ueteri, tantum agnatis debebatur.*
    - *Iure Authenticorum, pertinet etiam ad cognatos.*
  - TEMPVS. *Et defertur tunc: quando nulli Testamentarij extant.*
- CAVSAE, & *adiuncta.*
  - *Initiò ad eam requiruntur generalia illa, de quibus est antea dictum.*
  - *Sed illis addi nonnunquam solent tria illa:*
    - *Confirmatio, per Iudicem.*
    - *Confectio instrumenti.*
    - *Iuramentum de*
      - *Faciendis utilibus.*
      - *Prætermittendis inutilibus.*

A B

Illa

A

- B Illa ipsa tutela, tantum de proximioribus gradibus est intelligenda.
  - Quod si plures, in eodem gradu, concurrunt: omnes simul esse debent: si tamen sunt idonei.
- FINIS. Hoc tamen Ius tutelæ desinit: uel expirat, per qualemcunq; capitis diminutionem.

DE CAPITIS DIMINVTIONE,

περὶ ἀρχῆς ἐλαττωμένης.

TITVLVS XVI.

Loci eius sunt,

- DEFINITIO. Capitis diminutio est amißio, uel
  - Libertatis.
  - Ciuitatis.
  - Familiæ.
- PARTITIO. in qua considerentur:
  - Species eius tres:
    - Maxima, quæ est amißio
      - Libertatis.
      - Ciuitatis.
      - Familiæ. } simul.
    - Media, quæ est amißio
      - Ciuitatis.
      - Familiæ, } Ita ut maneat libertas.
    - Minima, ea est amißio solius familiæ.
  - Modi, quibus amittebatur
    - Libertas. eorum sunt tres:
      1. Per condemnationem, ex capitali sententia.
      2. Per reuocationem libertinorum in seruitutem.
      3. Per uenditionem hominis liberi, in seruitutem.
    - Ciuitas. Sunt autem duo. Ea enim amittebatur
      1. Per deportationem.
      2. Per aquæ & ignis interdictionem.
    - Familia, quæ amittebatur
      1. Per emancipationem.
      2. Per arrogationem.

DE LEGITIMA TVTELA PATRONORVM, parentum, & Fiduciaria περὶ νομίμου πατρώνων, γονέων, καὶ περὶ πεπιστευμένης ἐπιτροπῆς.

TITVLVS XVII, XVIII. & XIX.

TVTELA
- *Patronorum.*
- *Parentum.*
- *Fiduciaria.*

Debebatur
- *Liberto adhuc impuberi.*
- *Filio (& adhuc debetur) emancipato adhuc impuberi.*
- *Fratri emancipato adhuc impuberi.*

A
- *Patrono.*
- *Patre emancipante.*
- *Fratribus non emancipatis, post mortem patris.*

DE HARVM VSV.

Tutela PATRONORVM, *expirauit unà cum seruitute, & libertinitate.*

Tutelæ PARENTVM *legitimæ rarior est apud Christianos usus: sicut & emancipationis.*

FIDVCIARIAE *etiam, nullus est quòd constet, usus.*

DE ATTILIANO TVTORE, περὶ Ἀτιλιανοῦ ἐπιτρόπου, ἢ ἐκ τοῦ νόμου Ἰουλίου, καὶ Τιτίου διδομένου.

TITVLVS XX.

Loci huius tituli sunt duo:

- I. Ὀνομασία, *Ratio nominis.* DATIVA *tutela, de qua paulò ante, aliâs uocatur* ATTILIANA: *& habet illud nomen à* LEGE *Attilia.*
- II. Περίστασις προσώπου, *per sonæ circumstantia.* *Habuit enim Datiua tutela olim aliquid uarietatis: quò ad dantem: sed nunc pertinet ad cuiuslibet loci magistratum or dinarium, & superiorem. Consideranda hîc sunt quatuor:*
  - 1. *Quando dentur: Tunc uerò dantur à Magistratu Tutores: quando uel*
    - *Non extant*
      - *Testamentarij.*
      - *Legitimi.*
    - *Illi, certis de causis, ab administratione abstinere coguntur.*
  - 2. *Quid requiratur ad talem tutelã à parte*
    - *Pupilli.*
    - *Dantis.*
    - *Vt*
      - *Interueniat petitio proximorũ.*
      - *Interdũ inquisitio*
        - *Fiat de tutoris*
          - *Facultatibus.*
          - *Moribus.*
        - *Nulla fiat. Aliquando enim datur sine inquisitione.*
  - A

3. Vtrum

A

3. *Vtrum extraordinariè nonnunquam constituantur? Nã illud fit aliquando. Et eatenus Tutrices dari possunt, uel*
- *Mater.*
- *Auia.*

4. *Quid in hac (Datiua Tutela) regulariter requiratur? Nimirum, ut à tutore exigatur Iuramentum:* REM PVPILLI SALVAM FORE.

DE AVTORITATE TVTORVM,

περὶ αὐτενθείας ἐπιτρόπων.

TITVLVS XXI.

TVTOR *ratione tutelæ suæ, habet aliquid authoritatis, etiam in actionibus quibusdam pupilli. Sed in hoc genere, peculiaria concurrunt discrimina. Loci hic sunt tres:*

- I. *Quibus in rebus suam obtineat autoritatem?*
  - 1. *In actionibus pupilli*
    - *Damnosis, nihil potest fieri, sine consensu Tutoris.*
    - *Lucratiuis, potest interdum aliquid à pupillo fieri, sine Tutoris authoritate, uel consensu.*
  - 2. *Nihil licet pupillo, sine consensu Tutoris, etiamsi utile sit pupillo,* IN
    - *Hæreditate adeunda.*
    - *Bonorum possessionibus petendis.*
    - *Fidei commissaria hæreditate suscipienda.*
  - 3. *In contractibus, ex utraque parte obligatorijs, requiritur consensus Tutoris, de* IVRE.
    - Υπόθεσις.
    - *Si tamen pupillus contraxerit de facto: ibi pupillo est libera facultas agendi, alteri non est libera.*
- II. *Qua conditione? Semper autem in consensu Tutoris, requiritur: ut &*
  - *Præsens sit.*
  - *Statim in ipso consentiat actu.*
- III. *Qui casus? Si lis oriatur, inter pupillum, & tutorem,*
  - *Dandus est pupillo Curator: donec lis illa dirimatur.*
  - *Peracta lite, desinit Curatoris officium, & reuertitur Tutor ad tutelam suam.*

QVIBVS MODIS TVTELA FINIATVR,

τίσι τρόποις ἡ ἐπιτροπὴ διαλύεται;

TITVLVS XXII.

Officium tutelæ certis continetur limitibus, quos, cum attigerit, finitur. Modi autem expirantis tutelæ, præcipui sunt à

- RATIONE
  - PVPILLI, *ut sunt,*
    - *Pubertas pupilli.*
    - *Mors pupilli.*
    - *Captiuitas pupilli apud hostes.*
    - *Diminutio capitis in pupillo.*
  - TVTORIS. *cuiusmodi sunt:*
    - *Mors tutoris.*
    - *Diminutio capitis, in tutore.*
    - *Excusatio Tutoris ex iusta causa.*
    - *Remotio tutoris suspecti.*
- COMPLETIONE, *tum*
  - *Temporis, ad Tutelam dati.*
  - *Conditionis, præsertim, in testamentaria tutela.*

DE CVRATORIBVS,

περὶ τῶν κουρατόρων.

TITVLVS XXIII.

Partes huius tituli sunt tres.

- I. *Ὁρικὴ, quæ continet definitiones.*
  - CVRA, *est officium tuendi, uel gerendi negotia eius, qui propter ætatem ea gerere non potest.*
  - CVRATORES *uocantur ij, qui id officium gerunt.*
- II. *Διαιρετικὴ, quæ tradit diuisiones.*
  - I. *Curatorum quo ad eos, qui curantur, tria sunt genera. Alij curatores dicuntur*
    - *Minorum, qui nondum sunt nati annos uiginti quinq;. Horum curatores alij sunt*
      - *Totales.*
      - *Ad certas causas.*
    - *Maiorum qui excesserunt illud tempus:*
    - *Impuberum, in certis casibus.*
  - II. *Interdum etiã hæc diuisio usurpatur. Alij sunt*
    - *Legitimi, quibus opus est in aliquibus casibus.*
    - *Datiui. In quibus est aliqua similitudo cum tutoribus.*

A

- III. Περιστατική, *Circumstantiæ enim hic spectari debent.*
  - I. *A quo dentur? Curatores regulariter tantum, à Magistratu dantur. Si tamen fit illud de facto, opus est confirmatione iudicis: & ita cum ualet curatio.*
  - II. *Quibus rebus opus sit in his dandis?*
    - 1. *Inquisitione de conditionibus curatoris.*
    - 2. *Consensu adolescentum: excepto casu actionis cuiusdam iudicialis: si uidelicet agendum esset in iudicio.*
  - III. *Quibus dentur?*
    - *Regulariter tantum illis, qui sunt puberes: & tamen minores uiginti quinq; annis.*
    - *Non regulariter. Nonnunquã etiam dantur*
      - *Pupillis, idq; duobus modis:*
        - *Primum, si tutor sit non malus: sed tamẽ non sufficiens.*
        - *Secundo, si à tutela, ad tempus excusetur.*
      - *Furiosis, & prodigis. Etiamsi enim sunt maiores: tamen his opus est curatoribus. In tali casu, agnati curam suscipere debent: ut sint quasi legitimi curatores. Sed deficientibus agnatis, uel malè administrantibus, Curatores dandi sunt per Magistratum.*
      - *Surdis, mutis, mente captis, laborantibus perpetuo morbo. His opus est curatoribus: & debẽt illis dari curatores, per Magistratum.*
  - IIII. Τὸ ἔργον, *officium curatoris. Eius enim est,* AGNOSCERE
    - *Legata.*
    - *Fidei commissa.*
    - *Hæreditatem.*
    - *Alia bona eius, cuius cura est commissa.*
    - (all:) *Sed in hoc negocio semper opus est inuentarij cõfectione.*
  - V. *Res, quarum curam gerit: scilicet,*
    - *Principaliter,*
      - *Rerum.*
      - *Bonorum.*
    - *Interdum corporis, & uitæ: cuius curam gerit, præsertim si curam gerat furiosi.*

A

A

VI. Peculiares metæ, uel termini, uel modi expirationis.

1. Iusta ætas minoris, annus uidelicet uigesimus quintus. Reliqui modi consentiunt cum tutela: de quibus supra diximus. Eatenus igitur cessat cura: quando is, qui est sub cura, annum XXV. excessit.

2. Interdum mari uiginti annorum, & fœminæ octodecim annorum, authoritate Imperatoris, concedi potest: ut liberetur à cura. Sed hoc ualet de iure recentiori: & est ea de re Textus, in C: de ijs, qui ætatis ueniam impetrare possunt.

DE SATISDATIONE TVTORVM, VEL Curatorum, περὶ τῆς ἐγγύης τῶν ἐπιτρόπων, καὶ κουρατώρων.

TITVLVS XXIIII.

Octo loci, seu ἐπιτόμην, sunt huius tituli:

I. Quid sit? Satisdatio est stipulatio, qua Tutor uel Curator, coràm Magistratu promittit, RES PVPILLI, uel MINORIS SALVAS FORE.

II. Qui debeant Satisdare? Qui tutores, uel Curatores futuri sunt.

III. Apud quem? Apud Magistratum.

IIII. Qui, excipiantur? Tutores
- 1. Testamentarij.
- 2. Datiui. quatenus dati sunt, cum inquisitione.

V. Cur introducta sit Satisdatio? Vt Tutores, & Curatores, rerum pupilli, tantò maiori industria curam agant, & damnum præcaueant.

VI. Quot modis illa fiat? Duobus
- 1. Fideiussoribus.
- 2. Pignoribus.

VII. Quæ sint Regulæ?
- 1. Si dati fuerint paulò plures Tutores, uel Curatores: potest unus eorum reliquis deferre: ut aut ipsi gerant tutelam, facta satisdatione: aut se, facta satisdatione, gerere patiantur: & cæterum, quodcunq; placuerit alijs, pro rato habetur.
- 2. Sunt etiam aliæ Regulæ: de quibus copiosiores descriptiones uideri, & cognosci possunt.

VIII. Quando pupillus contra tutores actionem possit instituere? Si ab illis defraudatus fuerit. Quod si hac ratione, damnum sarciri non potest: licitum etiam est, ipsos Magistratus conuenire, per actionem subsidiariam: exceptis tamen maioribus magistratibus. Idem ualet, in adultis, & Curatoribus eorum.

DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM, VEL CVratorum, περὶ παραιτήσεως τῶν ἐπιτρόπων, καὶ κουρατώρων.

TITVLVS XXV.

Tutelarum & curarum, talis est ratio, ut homines, uel inuiti cogantur esse Tutores. Loci huius tituli sunt tres:

I. *Priuilegiū excusationū quoddam cōcessum certis hominibus. Quarum aliæ sunt*

- *Communes tutoribus & curatoribus. Excusare uerò se possunt quatuordecim genera hominum:*
  - *Primum, qui ipsi habent multos liberos. Sed in hoc genere, requiritur: ut sint naturales, & legitimi simul: ut sint uiui: ut eorum cura quotidie sit gerenda.*
  - *Secundò, Procuratores fisci: quam diu durat procuratio.*
  - *Tertiò, Absentes Reipub. causa, quamdiu absunt, liberi sunt à tutela, uel cura, antea suscepta. Sed opus tamen est substitutione curatoris. A noua uerò habent excusationem, ad integrum annum.*
  - *Quartò, Suscipientes publicam administrationem: retinent tutelam, quam antea habuerunt: sed à noua, possunt se excusare.*
  - *Quintò, Habentes litem cum pupillo, uel Minore, de omnibus bonis, uel de maiori parte bonorum.*
  - *Sextò, Gerentes alioqui tres uel tutelas, uel curas mediocriter onerosas, & non adfectatas.*
  - *Septimò, Pauperes, sed ita, ut probent suam paupertatem.*
  - *Octauo, Laborantes aduersa ualetudine: ita, ut proprijs rebus superesse non poßint.*
  - *Nonò, Illiterati, ita ut etiam simplices, uel rudes sint simul.*
  - *Decimò. Dati, in testamento Tutores, ad ultionem: nempe, ut debitis subijciantur, & à pupillis uexentur.*
  - *Vndecimò. Qui capitali inimicitia, dissenserunt, à patre pupilli uel minoris: ita, ut non facta sit reconciliatio.*
  - *Duodecimò, Paßi controuersiam status, à patre pupilli, uel minoris.*
  - *Decimo tertiò. Maiores septuaginta annis.*
  - *Decimo quartò, Grammatici, Rhetores, Medici, Quatenus sunt ordinarij Professores.*
- *Peculiaris, quam Curator habet: si uidelicet fuit antea tutor eiusdem.*

II. *Coràm quo fieri debeant: In excusationibus enim hoc requiritur, ut fiat coràm Iudice: ut proponatur, & probetur causa. In illis uerò licitum est, pluribus ordine uti excusationibus: præsertim si una non sit idonea.*

III. *Quæ pœna maneat eū, qui se falsò excusat. Nā is, &*
- *Cogitur esse, uel Tutor. Curator.*
- *Tenetur insuper de periculo, ex tēpore suscipiendæ administrationis.*

DE SVSPECTIS TVTORIBVS, VEL Curatoribus, περὶ ὑπόπτων ἐπιτρόπων.

TITVLVS XXVI.

In hoc titulo tria sunt spectanda:

- I. *Quis locus sit remotionis? Nam in tutela & curis, aliquis est locus remouendi tutoris, uel curatoris, ab illo officio, uel administratione:*
  - *In his casibus locus est Remotioni. Remoueri solent, in genere, omnes*
    - I. *Qui mala fide administrant.*
    - II. *Qui alioqui, de mala fide sunt suspecti. Ad hunc ordinem pertinent:*
      - 1. *Qui se absentant, cum alimonia pupillo decernenda est.*
      - 2. *Qui falsò dicunt, pupillo alimoniā, propter inopiam, decerni non posse.*
      - 3. *Qui pecuniam dant, ad obtinendam tutelam, uel curam.*
      - 4. *Qui fraudulenter administrant: quoquo modo faciunt illud.*
      - 5. *Qui malis moribus præditi sunt. ut si essent uel*
        - *Sumptuosi.*
        - *Malæ conuersationis.*
        - *Alioqui malè morati.*
  - *In nonnullis, accedunt insuper extraordinariæ pœnæ.*
- II. *Officium remotionis ad quem pertineat? Ad Magistratum ordinarium, illum uidelicet: qui etiam dandi ius habet.*
- III. *Actio de remotione, cui sit licita? Cuilibet: adeò, ut & mulieres, quatenus pietate erga pupillum mouentur, agere possint. Sed excipiuntur soli impuberes. Actionem autem illam sequuntur hæc incommoda:*
  - *Primò, pendente cognitione, interdicitur tutori, uel curatori administratio.*
  - *Secundò, facta remotione, propter dolum sequi, de iure, solet infamia.*
  - *Tertiò. Nonnunquam pupillus mittitur in possessionē in bonorum tutoris, uel Curatoris.*
  - *Postremò. Accedunt nonnunquam etiam extraordinariæ pœnæ.*

PRIMI LIBRI FINIS.

LIBER SECVNDVS, DE IVRE RERVM.

DE REBVS, & RERVM DIVISIONE, περὶ πραγμάτων διαιρέσεως.

TITVLVS I.

Primi tituli tres sunt loci:

- I. *Ὀνομασία.* Vocabulum REI, *hoc loco, capitur generaliter: & debet intelligi de omnibus rebus: quæ non sunt nec persona, nec actio.* Eatenus *complectitur & subiectum ipsum, & accidentia subiecti: exceptis Actionibus.* Talia *accidentia sunt fructus* REI, IVRA, & SERVITVTES *debitæ rei.*
- I. *Ὅρος.* Est *igitur* Res, ENS *quoddam, uel*
  - *Reipsa existens.*
  - *Inhærens alij: sed ita, ut non sit, nec*
    - *Persona.*
    - *Actio.*
- III. *Διαίρεσις. Tales autem res, aut sunt*
  - *Incorporales, ἀσώματοι, quæ sua natura, non possunt tangi. ut,*
    - *Hæreditates.*
    - *Vsufructus.*
    - *Vsus.*
    - *Obligationes.*
  - *Corporales, σωματικαί, quæ sua natura tangi possunt: ut, fundus, uestis, & similia. Harum aliæ sunt Iuris*
    - *Diuini. Vt sunt res sacræ, ritè uidelicet ad ministerium* Dei *dedicatæ: ut sunt ædes sacræ, &c.*
    - *Humani. Earum aliæ sunt*
      - *Communes, quæ per se, de iure naturæ patent omnibus creatis: sed per accidens, fiunt eorum, qui eas primùm occupant. ut sunt gemmæ, &c.*
      - *Publicæ, quæ per se, & de iure gentium sunt, & manent omnibus liberæ, nec cōceduntur primùm occupantibus. Vt,*
        - *Flumina perennia.*
        - *Mare.*
        - *Portus.*
        - *Ripæ.*
        - *Littora.*
        - *Arbores in ripis.*
      - *Vniuersitatis, quæ iure ciuili publicæ sunt: sed unius ciuitatis incolis. ut,*
        - *Theatra.*
        - *Porticus.*
      - *Priuatæ, quæ sunt singulorū, ut,*
        - *Aedes priuatæ.*
        - Hortus.
        - *Vestis.*

DE DOMINIO.

Hic quatuor sunt consideranda:

- I. Quid sit? DOMINIVM, est ius quoddam, in re corporali: cuius autoritate potest aliquis de ista re, perfectè disponere, uel uendicare eam: nisi, quantum lege, uel conuentione prohibetur.
- II. Quot sint gradus dominij? Nempe tres. Nam aliud est
  - DIRECTVM, est tale dominium, quale habet dominus feudi, seu Emphyteuseos, τῆς ἐμφυτεύσεως.
  - VTILE, quod habet Vasallus, uel Emphyteuta.
  - PLENVM, illud habere dicitur: qui habet utrunq;: ut in bonis hæreditarijs.
- III. Quot sint eius commoda? scil. duo:
  - Primùm, posse disponere de re, pro libito: si habeas eam: quatenus lege, uel conuentione, non prohiberis.
  - Secundò, Si non habes, posse uendicare, à quocunq; possessore fuerit possessa.
- III. Quæ sint cognata cum dominio? Nempe,
  - Quasi dominium.
  - Possessio.
  - Ius, in re.

  Sed in his, sua sunt discrimina, de quibus alibi copiosius dici solet.

DE DOMINII ACQVISITIONE, & amissione.

Acquirendi dominij duo sunt genera, uel causæ, generaliter loquendo. Sunt autem duo:

- A
- IVS Gentium Modi autem acquirendi Dominij, sunt ualde multi, & habent se hoc modo:
  1. Apprehensio animalium.
  2. Captiuitas.
  2. Inuentio rei nondum occupatæ in publico loco.
  4. Natiuitas.
  5. Latens alluuio.
  6. Commixtio materiæ.
  7. Aedificatio.
  8. Implantatio.
  o. Satio.
  10. Scriptio.
  11. Pictura.
  12. Possessio bonæ fidei, in re aliena.
  13. Vsufructus.
  14. Colonia.
  15. Inuentio thesauri, cuius repositor non extat.
  16. Traditio.
  17. Solutio precij, pro re uendita.
  18. Fiducia uenditoris, erga emptorem.
  19. Consensus dominij.
  20. Traditio clauium.
  21. Acceptio rei abiectæ, uel derelictæ, cum uoluntate alienandi.

  In singulis autem generibus, uel causis, peculiares concurrunt modi.

IVS

A

IVS Ciuile Modi uerò acquirendi dominij, de iure ciuili sunt sex:
- Additio hæreditatis.
- Agnitio bonorũ possessionis, & hæreditatis.
- Vsucapio.
- Præscriptio.
- Legatum.
- Fidei commissum singulare.

In his uerò modis concurrũt peculiares conditiones, & circumstantiæ. Sed de his consulendæ sunt integræ descriptiones.

AMISSIONIS DOMINII MODI.

Amißionis dominij, tres potißimum sunt modi:
- Primus, Si quis rem suam tradit alteri animo alienandi.
- Secundus, Si alius bona fide id, quod meum est, possedit, & usu cepit.
- Tertius, Si res mea fiat
  - Publica.
  - Sacra, uel religiosa.

DE REBVS CORPORALIBVS, & INCORporalibus: περὶ πραγμάτων, σωματικῶν, καὶ ἀσωμάτων.

TITVLVS II.

De rebus corporalibus, & incorporalibus, nonnihil est in præcedẽte titulo dictum. Species autẽ rerum
- Corporalium sunt,
  - Fundus.
  - Vestis.
  - Aurum.
  - Argentũ.

  Cum alijs ualde multis.
- Incorporaliũ sunt,
  - Hæreditas.
  - Ius hæreditatis.
  - Vsus.
  - Vsufructus.
  - Obligatio.
  - Iura, uel seruitutes prædiorũ urbanorum, & rusticorum.

DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM, & vrbanorum prædiorum.

TITVLVS III.

I. Ονομασία. SERVITVTES prædiorum: quia in illis hærent: & sine illis, constitui non possunt.

II. Ορος. SERVITVTES prædionum, δουλεῖαι ἀγρῶ, sunt iura: quæ prædijs inhærent.

Prædiorum, quæ duplicia sunt:
- Vrbana.
- Rustica.

Sunt
- Aedificia inhabitandi causa, facta, etiamsi sunt in uilla.
- Ipsi agri: & quæ alioquin prædia uocantur.

B

A

III. Διαίρεσ

A B

- *Quatuor sunt huius tituli partes.*
  - III. Διαίρεσις, *partitio*
    - *Seruitutum, scilicet prædiorum*
      - *Vrbanorum. ut,*
        - *Ius, de immißione tigni in parietem.*
        - *Ius stillicidij, uel fluminis.*
        - *Ius de altitudine ædificij.*
        - *Ius fenestrarum.*
      - *Rusticorum. ut,*
        - ITER. *Est autem iter in agro, qua licitum est homini ire, uel equitare per agrum.*
        - ACTVS. *Actus uerò in agro, est seruitus in agro: quà licitum est, nõ tantum ire per agrũ, uel equitare, sed etiam agere iumentum, aut uehiculum per agrum.*
        - VIA. *Ac uia in agro, est seruitus in agro, quà licitũ est homini facere omnia, quæ licita sunt in publica uia.*
        - AQVAE *ductus. Estq; seruitus in agro, qua licitum est homini, per fundum alienum, aquam cere.*
        - AQVAE *haustus.*
        - PECORIS *ad aquam appulsus.*
        - IVS *pascendi.*
        - IVS *calcis coquendæ.*
        - IVS *fodiendæ arenæ.*
  - IIII. Τὰ αἴτια. *Tales uerò seruitutes possunt constitui per*
    - *Contractum mutuum.*
    - *Testamentum.*
    - *Præscriptionem.*

DE VSVFRVCTV,

περὶ χρήσεως καρποῦ.

TITVLVS IIII.

- I. *Quid sit? Vsufructus est ius utendi, & fruendi rebus alienis ad utentis neceßitatẽ, salua rei substantia. Inde est usuarij nomen. Eius exemplum est in beneficijs Ecclesiasticis.*
- II. *Quid differat à proprietate rei? Differt enim Vsufructus à rei proprietate plurimùm. Et eatenus potest aliquis habere usufructum: ita, ut alius habeat rei proprietatem.*
- III. *In quibus consistat?*
  - *Propriè,* In *Rebus durabilibus: quæ usu non consumuntur.*
  - *Impropriè,* In *Iis etiam, quæ usu consumuntur.*

A

IIII.

A

IIII. Quid requiratur in eo? Nam requiritur in usufructu
- PECVNIAE concesso, ut Vsufructuarius praestet cautionem: quod uelit restituere tantundem, Vsufructu finito.
- ALIARVM rerum non durabilium: ut Vsufructuarius praestet cautionem de restituendo, secundum aestimationē rei concessae, Vsufructo finito.

V. Quomodo constitui possit? Nempe uel per
- CONTRACTVM mutuum.
- TESTAMENTVM.

In isto titulo, septem ἐρωτήματα sunt spectanda:

VI. Quot modis finiatur? Extinguitur enim sex modis. Per
- 1. Mortem usufructuarij.
- 2. Abusum usufructuarij.
- 3. Interruptionem temporis.
- 4. Spontaneam, uel
  - Cessationem.
  - Restitutionē.
- 5. Acquisitionem proprietatis.
- 6.
  - Interitum rei.
  - Destructionem totius substantiae.

Apud ueteres addebantur duae diminutiones capitis:
- Maxima.
- Media.

VII. Quid fiat usufructo finito? Ius rei ac dominum redit proprietatis. Eatenus is plenam incipit habere potestatem.

DE VSV,

περὶ χρήσεως.

Quinque hic sunt ἐρωτήματα consideranda:

I. Quid sit? VSVS, est ius alienis rebus utendi, ad utentis necessitatem, salua tamen rerum substantia. Inde est Vsuarij nomen.

II. Quae sint commoda huius Vsus? Haec sunt, posse uti rebus alienis: quoad usum quotidianum: nō tamen quo ad fructum.

III. Quae in usu concurrant peculiares obligationes? Nempe hae peculiares.
- PRIMA, ut fructus relinquantur, uel tradantur proprietario.
- SECVNDA, ut usuarius non sit impedimento proprietario: si uult is opera quaedam in fundo facere.
- TERTIA, Vt usuarius utatur iure suo, pro se, suaque familia: sed alij non cedat.

IIII. Quot modis constituatur? Duobus, uel per
- Contractum mutuum.
- Testamentum.

V. Quos terminos suos habeat? Finitur namque prorsus eadem ratione: sicut, & usufructus.

DE HABITATIONE,
πεϱὶ οἰκήσεως.

In hac parte, sunt quatuor:

- I. Quid sit? Habitatio est ius, aliena domo utendi, ad utentis necessitatem, consistens in sola habitatione.
- II. Quae eius sint cōmoda? Videlicet,
  - 1. Posse uti habitatione, pro se.
  - 2. Posse etiam alijs locare.
- III. Quae sit ratio, in constitutione? Eadem quae cum VSV. Et eatenus causae sunt uel
  - Pactio mutua.
  - Testamentum.
- IIII. Quomodo finiatur? Vno potissimum modo: nempe per mortem habentis ius habitationis.

DE VSVCAPIONIBVS, & LONGI TEMporis praescriptionibus, πεϱὶ τῶν ἐν χϱήσει λαμβανομένων, καὶ μακϱοῦ χϱόνου διακατεχομένων.

TITVLVS VI.

Quinq; loci sunt hic considerandi.

- I. Διάκρισις. Inter Vsucapionem, & Praescriptionem, constituitur interdum discrimen. Ita, ut Vsucapio sit in rebus mobilibus: Praescriptio uerò, in rebus immobilibus. Sed hoc discrimen, saepissimè confunditur.
- II. Ονομασία. Vtrumq; uerò uocabulum, communiter loquendo, usurpatur de acquisitione dominij, in re aliena, ex diuturna possessione, & usurpatione.
- III. Ορισμός. Est igitur Praescriptio, uel Vsucapio, ius quoddam faciens rem alienam, meam: propter diuturnam meam possessionem.
- IIII. Τὰ αἴτια. Illud Ius introductum est, propter duas potissimùm causas. Nempe ut essent
  - Certi rerum, uel
    - Domini.
    - Cultores.
  - Litium fines.

A

- 1. Res usucapibilis: quae est idonea praescriptioni. Tales sunt pleraeq; res: exceptis
  - Ecclesiasticis.
  - Publicis.
  - Pensionibus agrorum, precariò obtentis.
  - Furtiuis.
  - Occupatis ui.
  - Emptis à
    - Prodigo.
    - Furioso.
  - Sed in his tamen suae sunt exceptiones, ratione temporis.

B

A
B

- V. Διαίρεσις In præscriptionibus enim quinq; potißimum requiruntur:
  - 2. Iustus titulus: qui consistit in
    - Successione hæreditaria.
    - Donatione.
    - Legitimo contractu.
  - 3. Bona fides. Hæc consistit in uitatione
    - Doli.
    - Culpæ.
  - 4. Tempus legitimum, uel præscriptum. Id uariè se habet. Et ualent hîc illæ distributiones:
    - 1. Ad res mobiles, quatenus tamen idoneæ sunt, requiruntur tres anni.
    - 2. Ad res meas à fisco uenditas ab alio præscribendas requiruntur quatuor anni.
    - 3. Ad res immobilis, inter præsentes, requiruntur decem anni.
    - 4. Ad res furtiuas, sed acquisitas bona fide, requiruntur anni triginta, uel quadraginta. Idem ualet, in rebus
      - Vi possessis.
      - Reipublicæ.
      - Principis.
      - Ecclesiasticis. Excepta Ecclesia Romana.
    - 5. Ad res immobiles, inter absentes, requiruntur uiginti anni.
    - 6. Ad seruitutes discontinuas usucapiendas, ut est aquæductus, requiritur tempus, cuius initij memoria non extat.
    - 7. Ad res Ecclesiasticas Ecclesiæ Romanæ usucapiendas, requiruntur centum anni.
  - 5. Continuatio temporis præscripti.

DE DONATIONIBVS,

περὶ δωρεῶν.

TITVLVS VII.

- Sũt & in hoc titulo quinque ἐρωτήματα.
  - I. Quid sit? DONATIO est actus liberalitatis, transferens dominium rei donatæ, in DONATARIVM.
  - II. Quotuplex sit? Est enim diuisio
    - VNA. Donationis species sunt:
      - DONATIO inter uiuos. Est donatio facta sine conditione mortis. Donationes autem inter uiuos, aliæ sunt
        - Causa Nuptiarum. Est donatio facta ratione nuptiarum, in compensationem dotis.
        - Alijs de causis.
      - DONATIO causa mortis. Est donatio facta in suspicione mortis: cum ea conditione: ut donatore moriente, donatarius accipiat.
    - ALTERA. Donationes aliæ sunt
      - Categoricæ.
      - Hypotheticæ.
  - III. Quid requiratur ad donationem
    - Inter uiuos: ut
      - 1. Fiat liberaliter.
      - 2. Fiat absolutè, & sine conditione.
      - 3. Si summa excesserit quingentos aureos fiat insinuatio superflui.
    - Causa mortis.

A

IIII. In qua donatione locus aliquis sit retractationi, & reuocationi? In donationibus inter uiuos. Sed ad eam requiritur casus ingratitudinis, & cognitio causæ.

V. Quot modis donatio causa mortis extinguatur? Tribus modis. PER
- Restitutionem ualetudinis Donatoris.
- Pœnitentiam, uel reuocationem Donantis.
- Mortem donatarij præuenientem.

QVIBVS ALIENA RE LICET, VEL NON?

τίσιν ἐκποιεῖν ἔξεστιν, ἢ οὔκ;

TITVLVS VIII.

In hoc titulo ἐρωτήματα sunt consideranda.

I. Quid sit Alienatio? Alienatio est translatio rei, ad alterius dominium.

II. Quot requirantur ad Alienationem? Videlicet duo: HABILITAS
- REI. Ad rem autem alienandam requiruntur, ut sit eius, qui uult alienare. Eatenus res aliena regulariter alienari non potest. Inde est Regula: NEMO plus iuris in aliū transferre potest, quàm ipse habet.
- PERSONAE. Ad personam uerò alienantem requiritur, ut habeat plenum dominium REI, quam uult alienare. Ergo non habentes plenum dominium, alienare regulariter non possunt.

III. Qui alienare possint, uel non? Nimirum,
- Interdum domini rei, rem suā alienare non possunt. Ea de re recitari solent hi Versiculi:
  - Coniunx, Ecclesia, furiosus, mēteq; captus.
  - Prodigus atq; minor, existens sub patre natus.
  - Aduersans fidei, maiestatis reus, isti
  - Res alienare proprias de iure uetantur.
  - Prætacto debet se sub iure decurio scribi.
- Interdū alienare quidam possunt, qui non sunt Domini. De his loquuntur hi Versiculi:
  - Princeps, Augusta, Iudex, ac Officialis:
  - Tutor, Curator, Procurator, fluuiusq;,
  - Creditor, exactor, prælatus, seruus, habentur,
  - Hi numero bis sex alienantes aliena.

DE ALIENATIONE PIGNORIS.

Tria hic sunt spectanda.

I. Creditor accipiens pignus, & conueniens cum debitore de uenditione pignoris, potest alienare pignus, sed pro conditione pacti.

II. Idem uerò, non cauens sibi de uenditione, regulariter non habet ius uendendi. Si tamen res eius postulat, debet semel denunciare debitori de redemptione, & tandem elapso biennio post denunciationem, licitum est creditori pignus alienare.

III. Idem conueniens cum debitore, de non uendendo pignore, regulariter uendere non debet. Si tamen res creditoris postulat, debet creditor prius ter denunciare, per interualla dierum, & ita demum post alienare.

DE PVPILLORVM ALIENATIONIBVS,

Hoc in loco sex tempora debent considerari.

I. Pupillus, sine tutoris autoritate, alienandi potestatem de iure non habet. Et catenus solutio eius, uel mutui datio, de iure non ualet.

II. Si tamen de facto pecuniam suam alienauerit, licitum est repetere: sed in eo diuersæ concurrunt actiones.

III. Si pecunia alienata adhuc extat, potest repetitio fieri, per rei uindicationem.

IIII. Si non extat in eo casu, si accipiens nesciuit eum pupillum esse: repetitur per condictionem.

V. Si uerò sciuit eum pupillum esse, repetitio fit, per actionem ad exhibendum.

V. Pupillus sine tutoris autoritate, etiam debitum soluere non potest.

DE PVPILLORVM ACCEPTIONIBVS.

Tria capita sunt huius loci.

I. Si quid donatur pupillo, illud accipere potest sine tutoris autoritate.

II. Debitum uerò, sine tutoris autoritate accipere non potest: ita ut debitor liber fiat.

III. Si tamen pupillus pecuniam adhuc habet solutam, uel alioqui utiliter ea est usus in isto casu habet debitor excusationem.

PER QVAS PERSONAS NOBIS ACQVIritur? διὰ ποίων προσώπων ἡμῖν προσπορίζεται;

TITVLVS IX.

Tituli huius ζητήματα sunt tria.

I. Quid considerandum? In acquisitione dominij, considerandæ sunt etiam personæ, per quas acquiritur.

II. Quot modis aliquid acquiratur? Nempe
- Per se.
- Per liberos.
- Per seruos.
- Per Procuratores.

III. Quæ conditiones in his concurrant?
- Acquisitum à filio,
  - In bonis profectitijs, cedit patri pleno dominio, nempe secundũ proprietatem, & usufructum.
  - In bonis aduentitijs, cedit patri secundum usufructum, sed filio manet proprietas,
  - In peculio castrensi, uel quasi, cedit soli filio, ex pleno dominio.
  - Ratione fortunæ, cedit patri secundum usfructum, sed filio manet proprietas.
- Acquisitum à seruo in rebus, & negotijs domini, cedit domino: sed acquisitũ ab eo, extra res domini, ipsi cedit seruo.
- Acquisitum à procuratore in negotijs, & rebus procurati, ipsi procurato cedit: sed extra illa, cedit procuratori.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

περὶ διαθήκης κατασάσεως.

TITVLVS X.

Principales loci huius tituli sunt:

- I. *Quid sit* TESTAMENTVM, *est sententia quadam uoluntatis nostræ, de eo, quod quis uult fieri post mortem.*
- II. *Quotuplex sit: Extant enim hæ diuisiones:*
  - PRIMA. *Testamentum aliud est*
    - PAGANICVM, *quod conditur ab eo, qui non est miles: uel non habet peculium castrense, uel quasi. Est autem aliud*
      - SOLENNE, *quod fit cum aliqua solennitate, uel scripturæ, uel declarationis coràm magistratu. Idq; est partim*
        - *Scriptum.*
        - *Non scriptum: quod fit aut coràm*
          - *Principe.*
          - *Iudice.*
      - NVNCVPATIVVM, *quod consistit in sola nuncupatione testatoris: sine aliqua solennitate, uel scripturæ, uel actionis, apud Magistratū.*
    - MILITARE. *Quod conditur à milite, habente peculium castrense.*
  - SECVNDA. *Aliud est*
    - OFFICIOSVM.
    - INOFFICIOSVM.
  - TERTIA. *Aliud est*
    - CIVILE.
    - PRAETORIVM.
- III. *Qui sint effectus testamenti: Nimirùm.*
  - *Constitutio certi hæredis.*
  - *Obligatio hæredis, ad executionem eorum, quæ à testatore sunt constituta.*
- IIII. *Quæ, & quot requirantur, in Testamento,*
  - *Coràm Principe, hæc potissimùm duo:*
    - *Institutio certi hæredis.*
    - *Expressa uoluntatis declaratio.*
    - (*Reliqua supplet autoritas Principis.*)
  - *Coràm Iudice hæc tria:*
    - *Institutio hæredis.*
    - *Expressa uoluntatis declaratio.*
    - *Legitimus actus.*
  - *Solenni scripto: maximè hæc decem:*
    - 1. *Habilitas testatoris.*
    - 2. *Institutio certi hæredis.*
    - 3. *Habilitas hæredis.*
    - 4. *Testes septem.*
    - 5. *Habilitas testium.*
    - 9. *Rogatio testium præcedens.*
    - 7. *Iusta scriptura testamenti.*
    - 8. *Iustæ subscriptiones.*
    - 9. *Obsignationes.*
    - 10. *Continuatio actus.*

A B

A B

Nuncupatiuo sex,
- Habilitas testatoris.
- Expressa nuncupatio hæredis.
- Habilitas hæredis.
- Testes septem, ut plurimum.
- Habilitas testium.
- Rogatio testium præcedens.

De habilitate hæredũ, sequitur peculiaris descriptio. Sic de habilitate testatoris, sequitur titulus, & explicatio peculiaris.

V. In quo consistat: Institutio hæredis consistit in eo: ut &
- Constituatur aliquis hæres.
- Nomen eius exprimatur.

V. Quæ conditiones & circumstantiæ aliæ sint considerandæ: NAM

In testibus testamentarijs, requiritur: ut sint masculi omni exceptione maiores. Eatenus excluduntur:
- Mulier.
- Impubes.
- Furiosus.
- Mutus.
- Surdus.
- Interdictus bonis.
- Damnatus de hæresi
- Damnatus de crimine famoso.
- Manifestus usurarius.
- Infamis.
- Existens in potestate testatoris.
- Habens testatorem in potestate.
- Domesticus testatoris.
- Hæres scriptus.
- Coniunctus hæredi scripto.
- Intestabilis.

Iusta subscriptio cõsistit in his duobus: ut subscribant &
- Testator. Si tamen hic subscribere non potest: licitum est: ut alius eius nomine subscribat: ita tamen, ut is sit extra testes.
- Testes.

In obsignatione requiritur: ut sit sigillum, uere signatorium, ueros characteres continens. Sed alioqui licitum est uti sigillo uel
- Proprio.
- Alieno.

In testamentis faciendis, licitum est: ut plures scripturæ conficiantur. Sed ut æque ualeant: æquas oportet solennitates concurrere.

DE MILITARI TESTAMENTO,

περὶ στρατιωτικῆς διαθήκης.

TITVLVS XI.

In Testamento militari requiruntur etiam solennitates quædam: Sed sunt tamen militibus priuilegia quædam concessa: Nempe, in PERSONA.
- TESTANTE.
- IN NVMERO testium.

QVIBVS NON EST PERMISSVM FACERE Testamentum? τίνες οὐ συγχωροῦνται διαθήκας ποιεῖν;

TITVLVS XII.

In testamẽtis semper consideranda est persona testatoris. Quia alij sunt,

- *Non testabiles, de quibus extant hi Versiculi:*
  - *Testari nequeunt, impubes, Religiosus.*
  - *Morti damnatus, & sub patre filius, obses.*
  - *Prodigus & stultus, dubius, seruus, furiosus,*
  - *Crimine damnatus, cum muto, surdus, & ille*
  - *Qui maiestatem læsit, cœcum quoque iungas.*
  - *His adduntur*
    - *Captus apud hostes.*
    - *Publicè excommunicatus.*
    - *Sed in his capitibus peculiares cõcurrunt descriptiones, & circumstãtiæ, de quibus alibi dicitur copiosius.*
- *Testabiles. De quibus ex superioribus per coutrarium iudicari potest.*

DE EXHAEREDATIONE LIBERORVM, περὶ ἀποκλήρων παίδων.

TITVLVS XIII.

Huius tituli quæstiones præcipuæ sunt sex.

I. *Quid sit?* Exhæredatio est exclusio à successione, uel iusta hæreditate.

II. *Quot ad illam requirantur?* Ad exhæredationem liberorũ generaliter quatuor requiruntur:
- *Habilitas*
  - *Personæ exhæredantis.*
  - *Exhæredati.*
- *Iusta causa.*
- *Iustus processus exhæredationis, qui consistit in quatuor potißimùm rebus. ut,*
  - *Exprimatur nomen.*
  - *Fiat purè, sine conditione.*
  - *Exhæredetur à toto, nõ à parte.*
  - *Exprimatur causa.*

III. *Qui exhæredare poßint?* Exhæredare tantùm illi poßunt, qui testari possunt.

IIII. *Quid in exhæredato requiratur?* In exhæredato requiritur, ut sit natus, & sanguine iunctus: ita ut sit uel ascendens, uel descendens, ad quem alioqui uel succeßio, uel pars hæreditatis peruentura erat. Eatenus posthumus exhæredari non potest: Et alienũ exhæredare, non est necesse.

V. *Quot sint causæ exhæredationis liberorum?* Causæ quatuordecim recitantur: & habẽt se hoc modo:
1. *Si liberi parentibus suis intulerũt manus.*
2. *Si intulerũt iniuriam uerbalem, grauem, & atrocem.*
3. *Si accusauerunt eos criminalibus causis, excepto crimine læsæ maiestatis.*
4. *Si uersantur cum maleficis, ut malefici.*
5. *Si uitæ parentum insidiati sunt.*
6. *Si nouercæ, uel concubinæ patris se immiscuerunt.*
7. *Si fueruut delatores parentum, ita ut sint inde grauia dispendia secuta.*
8. *Si non uult pro parente in uinculа coniecto, fide iubere.*
9. *Si prohibuerunt eos condere testamentum.*
10. *Si sociauerunt se arenarijs, & Mimis, cõtra uoluntatem parentum.*
11. *Si filia mauult impudicè uiuere, quàm matrimonio iungi.*
12. *Si negligunt parentes furiosos curare, uel nutrire.*
13. *Si captiuos parentes redimere non uoluerunt.*
14. *Si sunt hæretici.*

A VI. Qui-

A

VI. Quibus de causis è contra, liberi poßint exhæredare parētes, in peculio castrensi, uel quasi? Quarum octo constituuntur:

1. Si parens accusauit filium, de crimine capitali, excepto crimine maiestatis, uel hæreseos.
2. Si insidiatus est uitæ filij.
3. Si immiscuit se uxori, uel concubinæ filij.
4. Si prohibuit filium, in peculio castrensi, uel quasi, cōdere testamentū.
5. Si pater est insidiatus uitæ matris filij, & è contra.
6. Si filiū furore correptum, curare, & nutrire neglexit.
7. Si filium captiuum redimere noluit.
8. Si est hæreticus.

DE HAEREDIBVS INSTITVENDIS,

περὶ τῶν κληρονόμων ἐνςάσεως.

Duo potißimum in hoc titulo sunt consideranda:

I. Quot requirantur in hæredis institutione? In omnibus testamentis, opus est institutione hæredis, ad quam regulariter tria requiruntur:
- Nomen hæredis exprimatur.
- Is, qui instituitur, sit aptus ad adeundam, de iure, hæreditatem.
- Institutio fiat, uel purè, uel sub cōditione posibili.

II. Quotuplex sit?
- Institutio hæredis hypothetica, constans conditione impoßibili, reputatur pro Categorica.
- Institutio hypothetica, constans conditione certi temporis, reputatur pro Categorica.

DE SVBSTITVTIONE,

περὶ ὑποκαταςάσεως.

TITVLVS XV.

In institutione hæredum, licitum est, alios alijs substituere.

Quæstiones, in hoc titulo tres debēt obseruari:

I. Quid sit? SVBSTITVTIO est institutio hæredum talis: qua prioribus hæredibus, alij substituuntur cum conditione, si deficiant priores.

II. Quotuplex sit Substitutio? Diuiditur enim hoc modo:
- PRIMVM. Alia est
  - VVLGARIS, quæ cuilibet à quolibet fieri potest: Et fit cum conditione negatiua: ut, Si filius meus non est hæres, hæres esto Titius.
  - PVPILLARIS, quando pater filio impuberi hæredi constituto alios substituit: Et fit cum conditione affirmatiua. ut, Si filius meus ante pubertatem decesserit, hæres esto Titius.
- SECVNDO. Alia est
  - DIRECTA, quæ fit sine fidei commisso.
  - INDIRECTA, uel obliqua, quæ fit cum fidei commisso. Et ob id etiam fideicommissaria uocatur. Eius exemplū est: Titius hæres meus esto: Si is defecerit, hæres esto Meuius: sed ea conditione, ut hæreditatem tradat Sticho.

III. Quot requirantur? Ad substitutionem generaliter eadem requiruntur, quæ ad institutionē.

DE

DE SVBSTITVTIONE VVLGARI,
περὶ χωρικῆς ὑποκαταστάσεως.

Tria hic sunt spectanda.

I. *Quid sit? In substitutione uulgari substituitur aliquis uero hæredi, cum conditione negatiua.*

II. *Quomodo se habeat? Successio uero ita se habet:*
- *Si hæredes instituti, adeunt hæreditatem, tunc nullus est locus substitutis.*
- *Si non adeunt, iam tum demum pertinet aditio ad substitutos, & fiunt illi hæredes instituentis.*

III. *Quot liceat substituere? In hoc negotio,*
- *Licitum est substituere, uel*
  - *Vnum.*
  - *Plures.*
  - *Quotquot libet.*
- *Licitum etiam est personarum facere mutuas permutationes: ita, ut hæredes instituti sibi mutuo substituantur.*

DE PVPILLARI SVBSTITVTIONE, IN Impuberibus, περὶ ὀρφανικῆς ὑποκαταστάσεως.

TITVLVS XVI.

In hoc titulo decē ζητούμενα debēt obseruari.

I. *Quis, & quomodo posit aliquis substituere? Habens liberos impuberes, & faciens illos hæredes, potest eis substituere, uel*
- VVLGARITER.
- PVPILLARITER.

Idem ualet, si speratur posthumus.

II. *Pro quo reputetur pupillaris substitutio? Substitutio pupillaris, reputatur pro testamento, quod pater filio impuberi condit.*

III. *Quot modis illa fiat? Substitutio pupillaris potest fieri, uel*
- *Nominatim.*
- *Generaliter.*

Eadem potest etiam fieri, uel
- *Separatim.*
- *In ipso testamento, prout existimat testator substitutum, uel insidiaturum, uel non insidiaturum uero hæredi.*

IIII. *Quot res ad eam requirantur? Ad pupillarem substitutionē præter superiores conditiones generales quatuor requiruntur: Nempe, Vt*
- *Is, cui substituitur, sit unus ex liberis.*
- *Sit impubes.*
- *Substituens habeat eum in potestate.*
- *Omnes alij liberi, sint instituti, uel exhæreditati.*

V. *Quot requirantur ad generaliter factam substitutionē pupillarem? Ad substitutionem pupillarem generaliter factam, præter priora peculiariter etiam hæc requiruntur: Vt,*
- *Substitutus sit paterfamiliâs.*
- *Suo nomine succedat.*

A

A

VII. *Quomodo se habeat successio? Successio uerò ita se habet: Si*

- *Est expressa substitutio, iam tum excludit matrem, & alios uenientes ab intestato.*
- *Est tacita, iam non excludit.*
- *Institutus decedit ante pubertatem, iam tum deuoluitur ad substitutos, & fiunt illi hæredes instituentis, & instituti simul.*

VIII. *Quot modis extinguatur? Sed potest etiam expirare, uel extingui. Id fit sex potissimum modis:*

1. *Pubertate pupilli.*
2. *Si hæreditas testatoris non aditur.*
3. *Per secundum testamentum ualidum.*
4. *Si rumpitur testamentum in toto, per querelam inofficiosi testamenti.*
5. *Diminutione capitis pupilli.*
6. *Si substitutio est facta, cum conditione certi temporis.*

IX. *Quibus, & in quo casu, poßit quis alios pupillariter substituere? Si quis habet plures liberos impuberes, potest*

- *Singulis.*
- VEL
- *Ei, qui ex illis ultimo impubes moritur, pupillariter substituere.*

Si

- *Singulis fit substitutio, iam tum hærede impubere mortuo, hæreditas ad substitutum defertur.*
- *Substitutio fit postremum morienti, tunc uno eorũ moriente, semper ad fratres hæreditas defertur.*

X. *Qui fiant hæredes in substitutione generaliter facta? In substitutione generaliter facta, mortuo impubere, tantum illi fiunt hæredes, qui in eodem testamento sunt patris hæredes scripti.*

DE FVRIOSIS, VEL MENTE CAPTIS,

περὶ τῶν μαινομένων.

Quæstiones quatuor hic sunt considerandæ.

I. *Vbi locum habeat?* SVBSTITVTIO *pupillaris habet etiam locum in furiosis, uel mente captis.*

II. *Quos illis poßit substituere? Ita habens tales filios, uel nepotes, potest eis pupillariter substituere.*

III. *Quid in ea requiratur? In substitutione furioso facta, requiritur: ut substituantur descendentes, si extant: uel illis non extantibus, collaterales: uel deficientibus illis, extranei.*

IIII. *Quam diu duret? Substitutio furioso facta, durat durante impotentia mentis. Et cessat unà cum ipsa.*

QVIBVS

QVBVS MODIS TESTAMENTA INFIRmentur? ποίοις τρόποις αἱ διαθῆκαι ἀκυροῦνται;

TITVLVS XVII.

In hoc titulo considerari debent hæc tria:

- I. Diuisio testamentorum. Alia enim sunt
  - Valida, uel authentica, in quibus omnia ita sunt obseruata, & constituta: ut abrogari non poßint.
  - Inualida, seu uitiosa. Rursus horũ quædam sunt
    - De iure, in quibus non sunt seruatæ solennitates, uel quæ odiose, & litis causa sunt facta.
    - De facto, quæ ratione sequutis actionis abrogantur. Fit autẽ abrogatio, uel
      - Ab ipso testatore tribus modis. nempe per
        - Posterius testamentum.
        - Adoptionem sequentem.
        - Diminutionẽ capitis in testatore, quandiu durat diminutio.
      - Ab hærede: quando uel
        - Moritur ante additionem.
        - Nõ uult esse hæres.
        - Non implet conditionem.
      - A Iudice, quando in casu querelæ, cognita causa, sententiam fert contra testamentum.
- II. Vocabula. Synonyma uero sunt. Abrogari, Rumpi, Infirmari, Irritum fieri. Interdum tamen solet inter illa nonnihil distingui.
- III. REGVLA. Nuda retractatio testatoris, non uitiat testamentum iure factum.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO, περὶ ἀτάκτου διαθήκης.

TITVLVS XVIII.

- I. Quid sit? (inofficiosum testamentum est, quando nihil est in testamento attributum ei, cui debebat aliquid attribui, uel relinqui.
- II. Vnde dicatur? Id dicitur inofficiosum, quia est contra officium parentis.

III. Vtrum

A

Quatuor hic sunt ἐρωτήματα spectāda. (continued)

- III. Vtrùm poßint impugnari? Inofficiosa testamenta de iure poßunt impugnari: & uocatur querela de inofficioso testamento. Ad quam duo requiruntur:
  - Couueniens persona. Requiruntur autem in personis quatuor:
    - Vt sint, uel
      - Ascendentes.
      - Descendentes.
      - Proximi collaterales.
    - Vt non habeant aliud remediū impugnandi.
    - Vt non sint infames.
    - Vt, si collaterales sint, uel sint
      - Ex parentibus iisdem.
      - Ex eodem patre.
  - Conueniens causa. Sunt autem generales causæ duæ:
    - Si alioquin nihil fuit ipsis relictum.
    - Si turpes personæ sint institutæ.
- IIII. Quando perimatur hæc querela? Perimitur autem hæc querela: Si aliquid & præsertim legitima relinquitur.

Vna legitima relicta in testamento, omnibus exhæredatis, omnium perimit querelam.

Legitima olim erat quarta: sed id nonnihil est correctum. Et ualent nunc uersus:

» Quatuor aut infra natis dant iura trientem,
» Semissem uerò dant natis quinq; uel ultra.

TITVLVS XIX.

DE HAEREDVM QVALITATE, & DIFFErentia: περὶ κληρονόμων ποιότητος, καὶ διαφορᾶς.

Huius tituli quinque sunt ζητήματα.

- I. Quotuplices sunt? Hæredes alij sunt
  - Sui, qui sub patria sunt potestate. Et dicuntur sui, quia sunt domestici.
  - Extranei, qui non sunt mihi sub patria potestate, & tamen à me hæredes constituuntur.
- II. Quot requiruntur? In omnibus autem hæredibus requiritur, Vt
  - Sint habiles tempore
    - Facti testamenti.
    - Mortis testatoris.
    - Adeundæ hæreditatis.
  - Vel uerbis, uel factis declarent de sua aditione.
  - Sciant se uerè hæredes defuncti esse.
- III. Quatenus Ius habeant hæredes? Omnibus hæredibus liberum est, uel
  - Adire.
  - Nō adire.
  - Ea in re habent ius uel
    - Deliberandi.
    - Inuentarium conficiendi.
- IIII. Quando non detur ius? Post aditionem tamen semel factam, non datur ius relinquendæ hæreditatis, exceptis minoribus.
- V. Quamdiu teneatur? Adiens hæreditatem cum confectione inuentarij, non tenetur ultra bona testatoris.

DE LEGATIS.

περὶ ληγάτων, ἢ περὶ δωρεᾶς ἀπὸ τοῦ τελευτήσαντος καταλειφθείσης.

TITVLVS XX.

Hoc in loco, sex spectari debent ἐρωτήματα.

- I. Quid sit? LEGATVM est res quædam à defuncto donata, quàm hæres præstare cogitur.
- II. Quis Legatarius? Inde est Legatarij nomen, quod tribuitur illi, cui est aliquid legatum.
- III. Quot requirantur ad Legatum? Ad Legatū quatuor potißimum requiruntur:
  - Habilitas, uel conuenientia rei. In rebus autem generaliter requiritur, ut sint tales, quæ poßint ad alios transmitti, uel transferri. Eatenus, res
    - Sacræ,
    - Religiosæ,
    - Publicæ,
    - & Vniuersitatis.
    - Non poßunt in legatum uenire.
  - Conuenientia legantis. In legante generaliter requiritur, ut habeat testamenti factionem actiuam.
  - Conuenientia Legatarij. In Legatario uerò requiritur generaliter, ut habeat testamenti factionem paßiuam.
  - Conuenientia uerborum. In uerbis requiritur, ut certa aliqua persona, uel
    - Nominetur.
    - Ita describatur, ut intelligi poßit, quis designetur.
- IIII. Vtrum alienas res poßit legari, & quid ibi requiratur? Vt
  - Sit patrimonij priuati.
  - Testator sciuerit, esse rem alienam. In illo casu cogitur hæres redimere eam, & præstare: Si uerò
    - Redimere non potest, tenetur de æstimatione eius. In eodem si legatarius antea factus est dominus legati, ex causa emptionis, debetur ei precium ex testamento.
    - Factus est dominus legati ex donatione, uel ex alia causa lucratiua: non debetur ei nec legatum, nec precium.
- V. Quatenus res testatoris alteri obligata poßit legari? Res testatoris alteri obligata potest legari: & tenetur eam redimere uel luere hæres. Sed excipiuntur duo casus:
  - Primò, si testator nesciuisset illam rem alteri obligatam esse.
  - Deinde, si expreßè scriptum esset, legatarium debere luere.

A

I. Res futura potest legari, quatenus tamen speratur.

II. Si una eademq; res legatur alicui in duobus testamentis diuersorum testatorum: is, si antea factus est dominus rei, denuò petere non potest. Quod si antea æstimationem, & non rem nactus est, iam potest denuò petere rem ipsam.

III. Si una, eademq; res, duobus ab uno legatur, ibi, si ambo ad legatum perueniant, diuisio fieri debet: ita ut cuilibet medietas detur. In eodem casu, si alter uel spreuit legatum, uel uiuo testatore decessit: uel alio quodam modo defecit, ibi totum legatum ad collegatarium pertinet.

IIII. Res legatarij legatario legari non potest. Quod si alienauit eam, tamen ei nec res, nec æstimatio debetur.

V. Rem suam quasi alienam legans rectè legasse intelligitur. Et de tali tenetur hæres legatario.

VI. Legans rem suam, legatario, quam putauit legatarij esse, rectè legasse intelligitur, & debetur legatum.

VII. Legans rem suam, & postea alienans, sed non animo alienandi, legatum incolume reliquisse intelligitur. Et potest res ab hæredibus eius peti.

VIII. In re legata, si pars una alienata est, altera non alienata, ibi pars non alienata, omninò debetur: in parte uerò alienata, consideratur animus alienantis.

IX. Creditor debitori suo id, quod credidit ei, legare potest uel ad tempus, uel in perpetuum.

X. Debitor creditori suo id, quod debet ei, legare potest. Sed ad ualorem legati requiritur, ut sit plus in legato quàm in debito. Item ut purè leget, etiamsi in diem, uel sub conditione debetur.

V. Quæ appendices præterea spectari debeant:

XI. Maritus uxori dotem legare potest. sed requiritur, ut uel maritus dotem acceperit, uel si non accepit, ut demonstret certam pecuniam, aut certum corpus, aut certum instrumentum dotis. Alioqui legans dotem, quam non accepit, si simpliciter legat, nihil legasse putatur.

XII. Legatum interiens, ex culpa uel facto hæredis, debetur legatario, perinde ac si non interijsset. Sed interiens sine culpa hæredis, non debetur.

XIII. Si fundus cum instrumento legatur, ibi fundo alienato etiam instrumentū desinit esse legatum.

XIIII. Si grex legatur, ibi includuntur etiam istæ oues, quæ post Testamentum factum gregi adijciuntur. In eodem, si numerus decreuerit, etiam id, quod superest, debetur.

XV. Si ædes legantur, ibi includuntur etiam columnæ, uel marmora: quæ post testamentum factum, adiecta sunt.

XVI. Si peculium legatur, ibi si quid uiuo testatore uel accedit, uel decedit, id imputatur legatario. In eodem, si quid accedit peculio, à morte testatoris, usque ad aditionem hæreditatis, id non uenit in legatum, nisi ex rebus peculij accedat.

XVII. Res incorporales, ut seruitutes, possunt etiam legari. Et cogitur eas hæres præstare.

XVIII. Actio testatoris potest alicui legari. Et cogitur eam hæres præstare, uel cedere. Sed excipitur casus, si uiuus testator pecuniam exegit.

XIX. Si quid est in genere legatum: ibi Legatarius habet eligendi potestatem: excepto, si testator eligendi potestatem ademit.

XX. Si testator errauit in nomine legatarij, ualet legatum, & debetur isti, quem constat eum uoluisse.

XXI. Si testator addit causam legati, & errat in ea, ualet nihilominus legatum.

XXII. Si in legato conditionalis apponitur causa, non ualet legatum, nisi eueniente conditione.

DE ADEMPTIONE LEGATORVM,

περὶ ἀφαιρέσεως τῶν λεγάτων.

TITVLVS XXI.

Legatum semel factũ potest uicissim adimi. Sed obseruari debent hæ duæ quæstiones:

- I. Quot modis fiat? Ea ademptio potest fieri, uel
  - In eodem testamento.
  - In alio testamento.
  - In codicillis, sed confirmatis.
- II. Quot in ea requirantur? In ademptione requiritur, ut
  - Voluntas sit posterior.
  - Verba sint perspicua, uel explicata.

APPENDIX.

Idem, & eodem modo sentiendum est, de translatione legati ad alium.

DE LEGE FALCIDIA,

περὶ νόμου Φαλκιδίου.

TITVLVS XXII.

Iure ueteri legare licebat, quantum libebat. Sed iure recentiori, per Legem Falcidiam, ultra dodrantem bonorum legare non licet. Et eatenus ad minus quarta pars bonorum, remanet apud hæredem. Cæterum quatuor hic ὑποθέσεις considerandæ sunt:

- I. Si ultra dodrantem legatum est: licet hæredibus legatis demere tantum, ut quartam retineat partem.
- II. Duobus hæredibus institutis, si unus ratione legatorũ præstandorũ ita oneratur, ut nihil retineat: licet ei quartam, ex legatis suis, retinere partem.
- III. Detractio quartæ pertinet ad bona testatoris, sicut se habuerunt tempore mortis eius.
  - Quod si bona eius post mortem eius aucta sunt: ibi nihil ominus quartam, ex prioribus legatis, retinet hæres.
  - Si uerò diminuta sunt, ita ut minus sit in bonis, quàm est in legatis, ibi legatarij cũ hærede paeisci de certa portione debent, propter aditionem hæreditatis.

DE FIDEICOMMISSARIIS HAEREDITATIBVS,

&ad Senatusconsultum Trebellianum: περὶ τῶν ἐν πίστει καταλιμπανομένων κληρονομιῶν, καὶ περὶ δόγματος Τρεβελλιανοῦ.

TITVLVS XXIII.

- I. Quid sit? FIDEICOMMISSVM, est sententia testatoris: qua mandat uel orat hæredem, ut alij tertio tradat hæreditatem, prout est in Testamento nuncupatum.
- II. Vnde orta? Appellatio fideicommissi inde orta est. quia in talibus institutionibus, committebatur fidei hæredis, hoc uel illud, alij restituendum.

A

Quinque sunt ζητήματα huius tituli.

- III. Quottuplex sit?
  - Triplex autẽ est Fideicommissum,
    - Vniuersale, quando tota hæreditas tradenda mandatur.
    - Partiale, quando pars hæreditatis, tradenda mandatur.
    - Singulare, quando una aliqua res tradenda mandatur.
  - Item, aliud est
    - Simplex, quando
      - Vnus est hæres:
      - Alter est fideicommissarius.
    - Duplex, quando
      - Vnus est hæres.
      - Alter est fideicommissarius, & post illũ alius fidei commissarius.
  - Item. Aliud relinquitur
    - In testamento.
    - Ab intestato.
  - Postremò. Aliud relinquitur
    - Categoricè.
    - Hypotheticè.
    - Ex certo tempore.
- IIII. Quæ sint præcipuæ ὑποθέσεις:
  - In fideicommissis, mandat testator hæredi, ut tradat hæreditatem fideicommissario.
  - In ijsdem, potest etiã præter hæredem, fideicommissario mandari, ut alij cuidam tradat.
  - In fideicommissis, ab intestato relictis, si hæres primo negauerit esse relicta, tenetur fideicommissarius de iuramento calumniæ. Postea tenetur hæres, uel de iuramento, quod non sit relictum, uel de solutione.
  - Hæres primò negans relictum, & postea fatens, tenetur de solutione: nec ualet in eo casu excusatio, de non solenni fidei commisso.
- V. Cur introducta sint? Fideicommissa introducta sunt: ut consuleretur illis, quibus alioqui ex testamento capere non erat licitum. Et eatenus: qui capaces non erant, uel hæreditatem, uel legatum capere, illis per fideicommissum legabatur.

DE FIDEICOMMISSO VNIVERSALI, & partiali.

Tria sunt ζητήματα huius tituli.

- I. Quot in eo requirantur? Ad fideicommissum uniuersale, & partiale, requiritur: ut
  - Instituatur hæres.
  - Committatur ei, de hæreditate tertio cuidam tradenda.
  - Tertius is nominetur.
- II. Quid in utroque liceat? In fidei commissis uniuersalibus, & partialibus, licitum est hæredi quartam retinere partẽ. Et in eo casu actiones, & onera utriq; competũt, sed pro cuiuslibet portione,
  - 1. In ijsdem, Si hæres totam hæreditatẽ sine quarta restituit: ibi hærede immuni transeunt actiones in fidei commissarium.
  - 2. Si hæres non uult adire hæreditatem, potest eum fideicommissarius cogere ad aditionem. Eatenus omnia transeunt in fideicommissarium, nempe quarta, actiones & onera.

A B

A

III. *Quæ sint præcipuæ ὑποθέσεις:*

B 3. *Si testator hæredi certam rem donat, & residuum iubet tradi fideicommissario, ibi res donata, si æquat quartam, habetur illa pro quarta retenta. Sed in tali casu, hærede immuni onera & actiones soli competunt fideicommissario.*

4. *Si testator iubet hæredi quartam retinere, & residuũ tradere fideicommissario, ibi onera & actiones utriq; competũt, pro cuiuslibet portione.*

5. *Si testator iubet hæredi unã uel plures res deducere, & postea restituere: ibi, si hæres facit ita, non est licitum ulterius quartam detrahere. Et catenus hærede immuni actiones & onera fideicommissario competunt.*

DE SINGVLIS REBVS PER FIDEICOMmissum relictis: περὶ ἰδικῶν πραγμάτων τῶν διὰ τοῦ φιδεϊκομμίσσου καταλιμπανομένων.

TITVLVS XXIIII.

Huius tituli quæstiones sunt quæ sequuntur.

I. *Quid sit?* In Fideicommisso possunt etiam singulæ res relinqui: & uocatur fideicommissum singulare.

II. *Cui cõmittatur?* Fideicommissum singulare potest, uel
- Hæredi
- Legatario

committi.

III. *Quid ad illud requiratur?* Ad fideicommissum singulare requiritur, ut res tradenda non sit maior, quàm pro conditione accepti ex testamento.

IIII. *Quæ ὑποθέσεις:* In hoc fidei cõmisso relinqui potest, uel Res
- Propria.
- Aliena. Sed in re aliena per fideicommissum relicta, præstanda est, uel
  - Ipsa res.
  - Aestimatio rei.

DE CODICILLIS: περὶ τῶν κωδικίλλων, ἤ τῆς ἐλλειποῦς ἐν διαθήκῃ γνώμης τοῦ σάτωρος ἀναπληρώσεως.

TITVLVS XXV.

I. *Quid sit?* CODICILLVS *est testamentum imperfectum, carens solennitatibus testamentorum, in quo tantum fideicommissaria hæreditas relinquitur.*

II. *Quare hoc nomine appellentur? Codicilli uocantur, quia scribebantur ut plurimum, uel in*
- *Codicibus*
  - *Acceptorum.*
  - *Expensorum.*
- *Charta quadam.*

A

III. *Quot*

A

Spectari in ultimo titulo debent octo ἐρωτήματα.

- III. *Quot sint eius genera? Codicillorum quatuor sunt genera*
  - *Ante testamentum.*
  - *Cum testamento.*
  - *Post testamentum.*
  - *Ab intestato.*
- IIII. *Quot modis fiant? Codicilli aliàs fiunt*
  - *Inscriptis.*
  - *Sine scriptis.*
- V. *Quæ in eis requirantur?*
  - *In codicillis ante testamentum factis, olim requirebatur, ut in testamento sequente expressè confirmarentur. Sed hodie sufficit tacita uoluntas.*
  - *In codicillis ab intestato, & sine scriptis requiritur ut*
    - *Conuocentur quinq; testes, & possunt in illis esse etiam fœminæ, & alij obiter aduenientes:*
    - *Declaretur eis uoluntas.*
    - *Instituatur hæres.*
    - *Testator sit testabilis, habens testamenti factionem actiuam.*
    - *Hæres sit idoneus, habens testamenti factionem passiuam.*
- VI. *Quot liceat instituere? Licitum autem est plures instituere codicillos, & omnes æque ualent, quatenus non sunt contrarij.*
- VII. *Quæ ὑποθέσεις?*
  - 1. *Si sunt contrarij, iam tum statur à posteriori.*
  - 2. *Res in codicillis relicta, debetur ei, cui relinquitur. Quod si non traditur, peti potest, uel*
    - *Condictione ex lege.*
    - *Per actionem utilem ex testamento.*
  - 3. *Possunt tamen etiam rumpi codicilli. Et id fit eodē modo, quemadmodum & testamenta rumpuntur.*
- VIII. *Quis usus eorum fit? Vsus codicillorum est, ut tradatur alicui fideicommissum. Alioqui per codicillos, fieri non potest*
  - *Hæredis institutio.*
  - *Exhæredatio.*
  - *Substitutio directè.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS,

DE HAEREDITATIBVS, QVAE AB INTESTATO deferuntur: περὶ κληρονομιῶν τῶν ἐξ ἀδιαθέτου προσφερομένων.

DE HAEREDITATIBVS IN GENERE.

TITVLVS I.

Septem in hoc primo titulo debēt spectari.

- I. *Quid hæres significet?* HAEREDIS *uocabulum significat successorem.*
- II. *Quid sit res hæreditaria?* Res *hæreditaria est res, quæ morte alicuius ad quempiam deuoluitur.*
- III. *Quot modis usurpetur uocabulū Hæreditatis?* Dupliciter. Aliās
  - *De re hæreditaria.*
  - *De successione.*
  - *Sed in hac materia, utimur eo de successione.*
- IIII. *Quid sit Hæreditas?* Est igitur *hæreditas, successio in uniuersum ius, quod habuit defunctus, tempore mortis.*
- V. *Quottuplex sit?*
  - *Duplex autem est hæreditas? Alia est*
    - VNIVERSALIS, *quando tota hæreditas uni alicui debetur: uel quādo unus aliquis est hæres totius hæreditatis.*
    - PARTICVLARIS, *quando diuiditur hæreditas in certas partes, secundum certas personas.*
  - *Item alia defertur*
    - *Ex testamento.*
    - *Ab intestato.*
- VI. *Quot genera sint hæredum?* Eodem *modo iudicandum est de hæredibus, Alij sunt hæredes*
  - *Ex testamento.*
  - *Ab intestato.*
- VII. *Quomodo apud Veteres diuidatur?* Apud *ueteres diuidebatur etiam secundum partes assis. Ita duodecim erant partes hæreditatis, sicut & partes assis.*

DE HAERE-

DE HAEREDITATIBVS AB INTESTATO venientibus.

Huius loci ἐπιτάγματα sunt tria.

I. Quid sint? HAEREDITATES ab intestato uenientes, sunt hæreditates, quæ deuoluuntur ad nos, extra casum testamenti.

II. Quot sint in huiusmodi distributione spectanda? In distributione talis hæreditatis quinque sunt spectanda.

- RES. In rebus uidendum est, utrũ sint
  - Feudales.
  - Hæreditariæ.
  - Pertinent autem
    - Feudalia, tantũ ad masculos.
    - Reliqua ad utrunque sexum.
- PERSONA. In ijs requiritur, Vt
  - Sint de familia defuncti.
  - Sint legitimi.
  - Sint ciues.
  - Non sint contaminati certis criminibus, tollentibus ius hæreditatis.
- LINEA. In ea uidendũ est, utrũ sint, uel
  - Descendentes.
  - Ascendentes.
  - Collaterales.
  - Sed
    - Extantibus descendentibus, excluduntur
      - Ascendentes.
      - Collaterales uniuersaliter.
    - Non extantibus illis, deuoluitur, uel ad
      - Ascendentes.
      - Collaterales.
- GRADVS. In gradibus seruandum est discrimen
  - Proximorum.
  - Remotorum.
  - Proximi excludũt remotos, excepto casu repræsentationis in descendentibus.
- PROPORTIO. Proportionis etiam habenda ratio. Eatenus uidendum est: ut seruetur æqualitas, nempe, ut uni tantùm tribuatur, quantùm alteri.

III. Quæ ὑποθέσεις:

- I. Hæreditas intestati primo, & proximè pertinet ad suos hæredes. Sui hæredes dicuntur omnes, qui in morientis patria potestate fuerunt, quoquo modo se habeant.
- II. Suorum hæredũ gradus
  - Primus, est in filijs.
  - Secundus, in nepotibus.
  - Tertius, in pronepotibus.
  - Illi ipsi uerò gradus hoc loco debent intelligi, de
    - Legitimis.
    - Legitimatis.
    - Adoptiuis.
    - Posthumis.
- III. Nepotes, & neptes habentur pro suis, & ueniunt ad hæreditatem ab intestato. Sed requiritur, ut intermedia persona sit mortua.
- IIII. Ad Suitatem hæredis non requiritur scientia. Et eatenus pupilli, & furiosi, à numero suorum hæredum non excluduntur.

A V. *In pupillo, ut sit suus hæres, non requiritur tutoris autoritas.*

VI. *In furioso, ut sit suus hæres, non requiritur autoritas curatoris.*

VII. *Hæreditas intestati, statim à morte intestati, ad suos hæredes continuari intelligitur.*

VIII. *Captiuus apud hostes, desinit esse hæres. Sed reuersus ab hostibus, recuperat Suitatem, si modo antea fuit idoneus.*

IX. *Si pater post mortem condemnatur de crimine perduellionis, ibi bona confiscantur: & qui erant sui hæredes amittunt ius hæreditatis.*

X. *Si defunctus relinquit filium unum uiuum, & alterius filij iam demortui nepotes uiuos: ibi nepotes in locum patris demortui succedunt. Et fit diuisio hæreditatis pro ratione stirpis.*

XI. *Eadem est ratio in pronepotibus, sed ita, ut fiat iusta distributio.*

XII. *Exhæredatus desinit esse suus: sed recuperat interdum Suitatē per destitutionē testamenti. Eatenus si pater exhæredat filium, & instituit extraneum ibi, si extraneus non adit hæreditatem, reputatur defunctus pro intestato, & in illo casu, exhæredatus redit ad hæreditatem: uel mortuo ipso, liberi eius.*

XIII. *In nepote, ut sit aui sui suus hæres, requiritur, ut tempore mortis aui, sit uel* { *Conceptus* / *Natus.* }

XIIII, *In nepotibus iure ueteri fuit discrimen inter agnatos & cognatos. Sed hodie omnes descendentes, sine discrimine agnationis & cognationis succedunt, idq; in stirpes non in capita.*

DE LEGITIMA AGNATORVM SVCcesſione: περὶ τῆς νομίμου τῶν κατ᾽ ἀῤῥενογονίαν διαδοχῆς.

TITVLVS II.

Quæque hic sunt spectanda.

I. *Qui uocentur agnati?* AGNATI *uocantur, qui linea masculina coniuncti sunt, & habent idē familiæ nomen.*

II. *Qui consanguinei?* *Fratres agnati, alio nomine consanguinei uocantur.*

III. *Quomodo successio agnatorum uocetur?* *Successio agnatorum uocatur legitima: quia est à lege quadam duodecim tabularum introducta.*

IIII. *Quod sit discrimen inter agnatos & cognatos in successionibus?* *Olim erat discrimen inter agnatos & cognatos in successionibus. Sed hoc hodie totum est sublatum.*

V. *Quando locum habeat successio agnatorum?* *Successio agnatorum tunc habet locum: quando deficiunt sui. Sed hoc ipsum debet etiam ad cognatos simul, & semel accommodari.*

DE SE-

DE SENATVSCONSVLTO TERTVLLIANO,

περὶ συγκλήτου δογμάτων Τερτυλλιανοῦ.

Hoc est,

DE SVCCESSIONE MATRIS.

TITVLVS III.

Tria sunt huius tituli ἐρωτήματα.

I. Quid sit? Senatusconsultum Tertullianum, est Senatusconsultum, de successione matris, in bonis defunctorum filiorum, aut filiarum.

II. Quæ ὑποθέσεις

1. Mater defuncti extantibus suis, successionem in bonis defuncti non habet: Deficientibus suis, succedit cum alijs liberis, si sunt aliqui: si non sunt, succedit sola.

2. Mater succedens cũ solis filiabus, ita succedit, ut
- Vnam capiat medietatem.
- Alteram relinquat filiabus.

3. Mater succedens cum solis filijs, uel cum filijs & filiabus simul, diuidit cum illis in capita, siue pro uirili. Eatenus quot sunt personæ, tot sunt etiam portiones. Sed hoc ualet de iure ueteri.

4. Hoc Ius successionis, habet mater in omnibus liberis suis, siue sint
- Legitimi.
- Vulgò quæsiti: sed est exceptio quædam in fœmina illustri.

5. In matre, quo ad hoc priuilegium, requiritur ut filio impuberi intra annum de tutoribus idoneis prospici curet. Si non facit hoc, ibi, si filius ante pubertatem moriatur, amittit mater ius illud successionis.

II. Quomodo tollatur hoc ius? Tollitur etiam hoc ius, per maximam & mediam capitis diminutionem.

DE SENATVSCONSVLTO ORPHICIANO.

περὶ συγκλήτου δόγματος Ορφικιανοῦ.

Hoc est,

DE SVCCESSIONE LIBERORVM in bonis matris.

TITVLVS IIII.

Quatuor hic sunt spectanda.

I. Quid sit? Senatusconsultum Orficianum, est Senatusconsultum, agens de successione liberorum in bonis maternis.

II. Quæ ὑποθέσεις in bonis maternis,
- Primo loco, succedunt filij cum filiabus.
- Illis deficientibus, ueniant nepotes, cum nepotibus.
- Deficientibus etiam illis, ueniunt posteriores.

III. In quibus illa successio intelligatur? Successio illa liberorum in bonis maternis, debet intelligi, de omnibus liberis simul & semel, siue sint legitimi, siue uulgo quæsiti.

IIII. Quomodo tollatur? Tollitur tamen, per maximam & mediam capitis diminutionem.

DE

DE IVRE ACCRESCENTIAE.

In hoc iure teneantur istæ ὑποθέσεις:

I. Si plures sunt hæredes, ita, ut quidam ex illis adeant, quidam non adeant, ibi non adeuntium portio, accrescit adeuntibus: sed seruandæ sunt proportiones partis.

II. Ius accrescentiæ transmittitur etiam ad hæredes. Eatenus adiens suam partem hæreditatis portionem accrescentem transmittit ad hæredes: ita, ut si ipse moriatur inter aditionem & accrescentiam, portio accrescens pertineat ad hæredes eius.

Hæc de accrescentia sunt generalia, & pertinent ad omnes titulos libri tertij præcedentes.

DE SVCCESSIONE COGNATORVM:

περὶ διαδοχῆς τῶν κατὰ θηλυγονίαν.

TITVLVS V.

Tres sunt quæstiones huius tituli.

I. Quid sint? COGNATI specialiter loquendo, dicuntur: qui coniuncti sunt ex linea fœminina.

II. Quod discrimen? Olim discrimen erat inter agnatos, & cognatos, in successione. Sed hodie discrimen illud prorsus est sublatum.

III. Quæ ὑπόθεσις: Eatenus, eorum una & eadem est successio cum agnatis, prout est antea dictum.

DE GRADIBVS COGNATIONVM:

περὶ βαθμῶν τῆς συγγενείας.

TITVLVS VI.

I. REI nomen. COGNATIONIS uocabulum, hoc loco generaliter usurpatur. Aliâs consanguinitas apppellatur.

II. Definitio. COGNATIO uerò, generaliter loquendo, est coniunctio personarum, ab uno stipite descedentium, & attingentium sese, mutua quadam sanguinis, & familiæ societate, uel communione.

Ascendentiū, ἡ κατ' ἀνάβασιν: quæ cōplectitur parentes, & omnes superiores. Ac in ascendente linea numerantur hi potissimùm gradus,

Gradus		
Primus.	EST	Patris, & Matris.
Secundus.		Aui, & Auiæ.
Tertius.		Proaui, & Proauiæ.
Quartus.		Abaui, & Abauiæ.
Quintus.		Ataui, & Atauiæ.
Sextus		Tritaui, & Tritauiæ. & ita deinceps,

A

B

Loci

A B

- Loci hic sunt quatuor:
  - III. Partitio. In materia consanguinitatis, duplex est consideratio. Alia
    - Linearū. Est autem linea, ipsa personarum series, uel ordo. Et est triplex:
      - Descendentiū, οἱ κατὰ βάθος: quæ complectitur liberos, & omnes inferiores. In hac descendēte linea numerātur gradus, hoc modo.
        - Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. EST
          - Filij, & Filiæ.
          - Nepotis, & Neptis.
          - Pronepotis, & Proneptis.
          - Abnepotis, & Abneptis.
          - Atnepotis, & Atneptis.
          - Trinepotis, & Trineptis. Et ita deinceps.
      - Collateralium, οἱ κατὰ πλάτος: quæ cōplectitur fratres & sorores: & omnes ulteriores. In linea autem collaterali numerantur gradus de Iure ciuili, hoc modo.
        - Primus deficit.
        - Secundus, est fratris, & sororis.
        - In tertio, sumus
          - Ego.
          - Liberi ex
            - Fratre meo.
            - vel
            - Sorore mea.
        - In quarto sunt
          - Patrueles.
          - Consobrini, & consobrinæ.
          - Amitini, & Amitinæ.
          - Ego, & nepos, uel neptis fratris mei uel sororis meæ.
        - In quinto sunt,
          - Ego, & Pronepos uel Proneptis fratris mei, uel sororis meæ.
          - Ego, & liberi Patruelis mei, uel Patruelis meæ.
          - Ego, & liberi amitini, uel amitinæ meæ.
          - Ego, & liberi cōsobrini mei, uel cōsobrinæ meæ.
        - In sexto sunt,
          - Ego, & Abnepos, uel Abneptis fratris, uel sororis meæ.
          - Ego, & nepos, uel neptis mei, uel meæ patruelis.
          - Ego, & nepos, uel neptis cōsobrini, uel consobrinæ meæ.
          - Ego & nepos, uel neptis Amitini, uel Amitinæ meæ.

A B

A B GRADVVM. *Est autem gradus membrū quoddam, in ista serie. Ratio uero graduum consanguinitatis, cognoscitur ex numeratione personarum, ordine sibi succedentiū. Et ualet de illis, generalis Regula. Quot sunt personæ, tot sunt gradus, dempto stipite: Item VNA persona addita alteri, facit nouum gradum.*

IIII. VSVS. *Hæc materia habet usum in doctrina de successionibus, & tutelis.*

Ad hanc doctrinam facilius intelligendam, consideranda est arbor consanguinitatis.

DE SERVILI COGNATIONE

περὶ δουλικῆς συγγενείας.

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM,

περὶ ἀπελευθέρων.

DE ASSIGNATIONE LIBERTORVM:

περὶ προσκυρώσεως ἀπελευθέρων.

TITVLVS VII. VIII. IX.

Apud ueteres erant peculiaria iura, in successionibus
- *Seruorum.*
- *Patronorum.*
- *Libertorum.*

Sed hæc cum seruitute expirarunt, & nullum nunc habet usum.

DE ORDINE SVCCESIONIS.

Huius loci partes sunt duæ:

I. PARTITIO. *In successionibus ab intestato, duo sunt consideranda:*
- ORDO. *Ordines autem tres sunt*
  - PRIMVS, *est*
    - *Suorum, uel*
    - *Descendentium.*
  - SECVNDVS *ascendentium.*
  - TERTIVS *Collateralium.*
- GRADVS.

II. REGVLAE, *& ὑποθέσεις:*
1. *Qualis est ordo, talis est successio.*
2. *Ordo ordinem excludit. Existentibus igitur suis uel descendentibus, succedunt illi ordine sed seruata graduum proportione. Et catenus excluduntur uel*
   - *Ascendentes,*
   - *uel*
   - *Collaterales.*
3. *Deficientibus suis, succedunt ascendentes: sed in hoc tamen peculiares concurrunt circumstantiæ.*
4. *Deficientibus suis, & ascendentibus: tunc demum succedunt collaterales.*
5. *In singulis ordinibus, succeditur secundum gradus, & in his gradus gradum excludit.*
6. *Propior gradu, propior est successione: sed seruandum tamen est ius repræsentationis inter descendentes.*
7. *Pares gradu, pares sunt successione.*

DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

περὶ τῆς πραιτορίας διαδοχῆς.

TITVLVS X.

Huius tituli tres sunt loci.

- I. Ὅρος. Bonorum possessio, est ius successionis, iure prætorio introductum.
- II. PARTITIO. Species bonorū possessionis secundum correctionem Iustiniani, septem sunt: Et uocantur,
  - Secundum tabulas. Possessio secundum tabulas, dabatur omnibus, qui in testamento scripti erant hæredes.
  - Contra tabulas. Possessio cōtra tabulas, dabatur liberis præteritis, in testamento, uel
    - Patris.
    - Aui paterni.
  - Vnde liberi. Ea dabatur uel
    - Liberis, ad habendum bona patris.
    - Nepotibus, ad habendum bona aui.
  - Vnde Legitimi: & dabatur agnatis.
  - Vnde cognati: & dabatur proximis cognatis. Item liberis in bonis matris.
  - Vnde uir, & uxor. Illa dabatur marito, in bonis uxoris, & contra. Sed ualebat deficientibus
    - Suis.
    - Ascendentibus.
    - Agnatis.
    - Cognatis proximis.
  - Bonorum possessio extraordinaria. Et hæc dabatur ijs, quibus successio aliqua, uel
    - Speciali
    - Noua

    autoritate principis concedebatur.
- III. REGVLAE & ὑπόθέσεις.
  - Liberi, & parentes debent petere bonorum possessionem intra annum: Agnati & cognati intra centum dies.
  - Si non petunt interea, iam amittunt ius suum: & portio ipsorū acerescit cæteris proximis, seruata tamen ratione ordinis.
  - In casu repudiationis, non est opus expectare terminum temporis præfiniti. Et eatenus si proximus repudiet bonorum possessionem: ibi successori eius omnia iura eius continuo accrescunt.
  - Bonorum possessio, rectè petitur coram quolibet iudice sine solennitate.
  - Succedentes hoc modo non uocantur propriè hæredes, sed quasi hæredes, & bonorum possessores.

DE ACQVISITIONE PER ARROGATIONEM:

περὶ προσπορισμοῦ διὰ ὑοθεσίαν.

TITVLVS XI.

Duo hic debent cōsiderari.

- I. Quid sit? ACQVISITIO per arrogationem, est ius patris adoptiui in bonis filij arrogati.
- II. Quæ eius constitutiones? In hac materia, erant olim peculiares constitutiones. Sed nunc rarissimus est earum usus.

DE EO, CVI, LIBERTATIS CAVSA, BONA addicuntur: περὶ τοῦ ἐστι τῇ τῶν ἐλευθεριῶν αἰτία τὰ πράγματα ἐπιζητοῦνται.

TITVLVS XII.

Totidē & hic sunt spectanda.
- I. *Quid sit?* ADDICERE *bona, est tradere alicui bona defuncti, cum conditione solutionis æris alieni. Ea uerò addictio bonorum, erat peculiaris modus successionis.*
- II. *Quis eius usus? Sed hodie nullus eius est usus, propter seruitutem, cum omnibus accidentibus sublatam.*

DE SVCCESSIONIBVS SVBLATIS: QVAE fiebant per bonorum uenditiones: περὶ διαδοχῶν ὑφαιρεθεισῶν, τῶν γινομένων ἐκ πραγμάτων διὰ πράσεως, καὶ θεσπίσματος Κλαυδιανοῦ.

TITVLVS XIII.

Sunt & hoc loco duo perpendenda:
- I. ENVMERATIO. *Olim erant etiã alij modi successionis. ut, διαδοχὴ, successio, per*
  - *Venditionem bonorum, διὰ πράσεως.*
  - *Senatusconsultũ Claudianũ, διὰ θεσπίσματος Κλαυδιανοῦ.*
  - *Sed illi hodie prorsus sunt sublati.*
- II. *Quis debitoris bonorũ possessor? Creditor iure recentiori, habet bonorum debitoris possessionem: sed requiritur*
  - *Officium Iudicis.*
  - *Collatio debiti.*

DE OBLIGATIONIBVS, περὶ ἐνοχῶν.

TITVLVS XIIII.

Huius tituli ἐρωτήματα sunt duo:
- I. *Quid sit?* OBLIGATIO *generaliter loquendo, est uinculum, quo quis alteri debitor existit.*
- II. *Quotuplex sit? Diuiditur enim hoc modo:*
  - *Obligatio quo ad causas efficientes, quadruplex est:*
    - *Naturalis, & uocatur Obligatio naturalis, quando quis alteri iure naturæ obligatur.*
    - *Iuris gentium.*
    - *Ciuilis.*
    - *Prætoria.*
    - *Ex descriptione obligationis naturalis, iudicari potest de his tribus appellationibus.*
  - *Obligationis, quo ad materiam, seu obiecta, quatuor sunt species:*
    - *Contractus. cõtractuum quatuor sunt gradus: Alij fiunt*
      - *Re.*
      - *Verbis.*
      - *Literis.*
      - *Consensu.*
      - *Inde sunt hæ locutiones: cõtractus*
        - *Realis.*
        - *Verbalis.*
    - *Quasi contractus.*
    - *Maleficium.*
    - *Quasi Maleficium.*
  - *In hanc materiam incidunt etiam plures diuisiones. Sed de his agetur in sequentibus.*

De reliquis uocibus, dicetur in sequentibus Titulis,

QVIBVS

QVIBVS MODIS RE CONTRAHATVR Obligatio: τίσι τρόποις ἡ ἐν πράγμασι συναλλάττεται ἐνοχή;

TITVLVS XV.

Tria hic sunt attendenda.

- I. *Quid sit: Contractus realis est contractus, constans re aliqua interueniente.*
- II. *Quotuplex sit: Contractus realis quinque sunt species:*
  - *Mutuum,*
  - *Commodatum.*
  - *Indebitum.*
  - *Depositum.*
  - *Pignus.*
- III *Quæ horum discrimina: Inter has species sua sunt discrimina. Ea possunt ex sequentibus colligi descriptionibus.*

DE MVTVO.

In hoc loco, tria etiam digna sunt consideratione.

- I. *In quibus rebus consistat: MVTVVM consistit tantum in rebus*
  - *Numeralibus.*
  - *Mensurabilibus.*
  - *Ponderabilibus.*
- II. *Quæ requirantur: IN MVTVO*
  - *Quo ad rem, requiritur, ut res ipsa sit mutuacia, ita ut sit, uel*
    - *Numerabilis.*
    - *Mensurabilis:*
    - *Ponderabilis.*
  - *Dante requiritur: ut*
    - *Sit dominus rei.*
    - *Faciat gratis.*
    - *Sit contentus, solius sortis restitutione.*
    - *Paciscatur de termino restitutionis.*
  - *Accipiente requiritur, ut*
    - *Reddat in termino.*
    - *Reddat idem, uel in*
      - *Genere.*
      - *Specie.*
- III. *Quæ ὑποθέσεις considerentur.*
  1. *Mutuo accipiens tenetur de*
     - *Dolo.*
     - *Culpa.*
     - *Casu.*
  2. *In mutuo non potest fieri repetitio ante terminum: post terminum potest. In illo uerò repetitionis casu, peculiaris est actio, quæ uocatur condictio certi specialis. Sed excipiuntur tamen pupilli.*
  3. *Pupillus mutuo accipiens, sine tutoris autoritate ciuiliter nō obligatur, nec potest ab eo repeti, per condictionem, propter defectum ciuilis obligationis.*

DE COMMODATO.

- I. *In quibus rebus consistat: COMODATVM consistit in illas rebus, quæ ad solum usum traduntur, & in eodem indiuiduo restituuntur.*
- II. *Quæ requirantur: In*
  - *Commodante requiritur: ut*
    - *Faciat gratis,*
    - *Relinquat tamdiu, donec usus, ad quem concessit, finiatur.*
    - *Sit contentus, solius accommodati restitutione.*

A B

A — B

Totidem & hic ueniunt discenda.

- Accipiente requiruntur: ut,
  - Non aliter utatur, quàm accepit.
  - Agat sine dolo.
  - Præstet exactißimam diligentiam in custodiendo.
  - Reddat in termino.
  - Reddat idem in indiuiduo, & prorsus ita, ut accepit.
- II. Quæ Regulæ, & ὑποθέσεις præterea notari debeant:
  - Cõmodatarius tenetur de Dolo: & Culpa: Sed nõ de casu. Et eatenus si amittit cõmodatũ ratione Doli & Culpæ. Iam tum tenetur de restitutione. Sed amittẽs ratione uel Violentiæ, Casus maioris, non tenetur.
  - Commodatarius non restituens, conueniri potest per actionem, quæ uocatur commodati actio.

DE INDEBITO.

Huius loci regulæ, & ὑποθέσεις sunt quinque.

- Indebitum per errorem solutum non fit accipientis. Et in tali casu obligatur is, qui accipit, exceptis pupillis, & excepto casu: si solutum sit in legatis, causa pietatis.
- Indebiti per errorem soluti potest fieri repetitio. Et in ea re datur actio, quæ uocatur actio condictitia, uel condictio indebiti.
- Pupillus sine tutoris autoritate accipiens indebitum, per errorem solutum non obligatur, nec tenetur de restitutione.
- Soluens indebitum scienter, non potest repetere: quia præsumitur donasse.
- Contractus indebiti propriè non ad contractus, sed ad quasi contractus pertinet.

DE DEPOSITO.

Tria in hoc loco sunt notanda.

- I. Quibus in rebus cõsistat: DEPOSITVM cõsistit in qualibet re, quæ custodienda tradi potest.
- II. Quæ requirantur: In deposito tria potißimùm requiruntur: ut
  - Depositarius sine dolo agat.
  - Mediocrem diligentiam adhibeat.
  - Idem in indiuiduo reddat, quando reposcitur.
- III. Quæ ὑποθέσεις:
  - Depositarius tenetur de Dolo. Culpa lata: Sed de Culpa leui, Culpa leuißima, Casu non tenetur, nisi peculiare interuenit pactum.
  - Depositarius non restituens rem, cùm reposcitur, conueniri potest per actionem depositi directam.

DE PIGNORE.

Totidem & huius loci sunt ζητήματα.

- I. In quibus consistat: PIGNVS propriè dictum, consistit in rebus mobilibus tantùm, quatenus eæ creditori loco oppignorationis datur.
- II. Quæ in pignore requirantur: In eo tria potißimùm requiruntur.
  - Accipiens agat sine dolo.
  - Debitam diligentiam adhibeat:
  - Soluta pecunia reddat idem in indiuiduo.
- III. Quæ ὑποθέσεις:
  - Accipiens pignus, tenetur de Dolo. Culpa lata. Culpa leui. Sed de Leuißima culpa, Casu fortuito non tenetur, nisi sit peculiariter conuentum.
  - Accipiens pignus, & non restituens soluto debito conueniri potest, per actionem pigneratitiam.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS: περὶ τῆς ἐν λόγοις ἐνοχῆς.

TITVLVS XVI.

- I. Qua in re consistat: CONTRACTVS uerbalis consistit in stipulatione.
- II. Quid sit: Stipulatio est contractus uerbalis, constans
  - Interrogatione
  - Responsione.
  - ad promißionem aliquam respicientibus.

A

A

- Quæstiones huius tituli sunt quinque.
  - III. Quottuplex sit Stipulatio?
    - DIVISIO prima. Stipulatio alia est
      - Categorica.
      - Hypothetica, uel conditionalis. Est autē alia conditionalis, quo ad
        - Diem.
        - Locum.
        - Præteritum.
        - Præsens.
        - Factum futurum. Conditionalis quo ad factum, alia agit de facto
          - Affirmatiuo.
          - Negatiuo.
    - SECVNDA. Stipulationes, aliæ sunt
      - Vtiles.
      - Inutiles.
    - TERTIA. Extant & aliæ diuisiones. Sed de his agitur in sequentibus titulis.
  - IIII. Quæ requirantur?
    - In stipulatione quatuor potissimum requiruntur:
      - Primum, ut persona sit idonea.
      - Secundò, ut res sit stipulabilis.
      - Tertiò, ut fiat
        - Interrogatio.
        - Responsio.
      - Quartò, ut uerba sint
        - Intelligibilia utrique.
        - Couenientia stipulationi.
    - In personis & rebus requiruntur peculiares cōditiones. Sed de hac materia copiosius dicitur deinceps in titulo de inutilibus stipulationibus.
  - V. Quæ ὑποθέσεις, uel Canones Iuris?
    1. Pura stipulatione promissum, quouis tempore peti potest. Sed decem tamen dierū spacium est promissori dandum.
    2. Stipulatio cum conditione certi diei obligat post diem. Et promissum eo modo peti potest, post præfinitum diem, prius non licet.
    3. Stipulatio cum conditione certi loci tantum obligat ad locum præfinitum. Et tale promissum non alibi, nisi præfinito loco peti potest.
    4. Stipulatio cum conditione præteriti, uel præsentis, si extiterint ea, continuò obligat: si non extiterint, desinit obligatio.
    5. Stipulatio cum conditione facti, facit debitum in spe, sed non in re.
    6. Stipulatio cōstans cōditione facti negatiui, si in uita cōditio nō euenit, obligat post mortem. Et eatenus transmittitur ad hæredes, & ita promissum præstari oportet.
    7. In stipulationibus de facto, utile est pœnam aliquam adijcere, & id propter materiam actionis, de Interesse tollendam.
    8. Si promissum stipulationis non præstatur: ibi, si pœna est addita stipulationi, tantum agitur de pœna, & non de Interesse.
    9. In eodem casu, si non fuit addita pœna, potest stipulator damnum passus, agere de interesse.
    10. Stipulatio de annua datione cum conditione uitæ durantis, habetur pura pro stipulatione. Et promissum tale potest annuatim peti, quoad uita durauerit.
    11. Stipulator cessans in promisso præstando, si certum iudiuiduum promissum est, conueniri potest per condictionem certi generalis. Si uerò species aliqua promissa est, conueniri potest, per actionem ex stipulatu.

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI, & PROMITTENDI: περὶ δύο ΡΕΩΝ Στιπυλάνδων, καὶ προμιττένδων.

TITVLVS XVII.

- I. De Vocabulo. Vocabulum stipulari dupliciter usurpatur: Aliàs
  - Idem est quod
    - Interrogare, &
    - Promissionem accipere.
  - Econtra ualet, ita ut significet
    - Interrogari.
    - Promittere.

A

In hoc titulo tractatur potissimum:

II. De Coniugatis. In hac materia usurpantur etiam hæc uocabula:
- *Stipulator.*
- *Promissor.*
- *Reus stipulandi.*
- *Reus promittendi.*

III. De definitionibus.
- *Stipulator, is dicitur, qui*
  - *Interrogat, &*
  - *Promissionem accipit.*
- *Promissor, dicitur, qui*
  - *Interrogatur, &*
  - *Promittit.*
- *Reus stipulandi, idem est, quod stipulator.*
- *Reus promittendi, idem est, quod promissor.*
- *Duo rei stipulandi sunt duo stipulatores ordine interrogantes, quibus promissor communi, & una sententia respondet, & promittit.*
- *Duo rei promittendi, sunt duo promissores, singillatim promittentes.*

IIII. De obseruationibus.
- *In stipulationibus possunt, interdum esse duo stipulatores: ita ut tantum unus sit promissor. Et idem econtra ualet.*
- *Stipulatio constans duobus reis stipulandi pertinet ad utrumq; reum in solidum. Eatenus uterq; petere potest: sed si uni præstatur, cessat obligatio in totum.*
- *Stipulatio constans duobus reis promittendi, pertinet ad utrunque reum in solidum. Eatenus ab utrolibet peti potest: sed si unus promissum præstiterit, cessat obligatio in totum.*
- *In stipulatione duorū reorū ualent eædem species, de quibus est antea dictū.*
- *Stipulatio duorum reorum potest interdum in uno reo purè, in altero conditionaliter fieri. In talibus fit obligatio pro ratione stipulationis, & pro ratione obligationis etiam petitio fieri potest.*

DE STIPVLATIONE SERVORVM,

περὶ ἐπερωτήσεως δούλων.

TITVLVS XVIII.

Duo sunt huius loci capita:
- I. *Apud quos fuerit? Apud ueteres erant peculiaria iura, in stipulationibus seruorum.*
- II. *Apud quos non sit? Sed hæc in totum sunt unà cum seruitute, & accidentibus eius sublata.*

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM:

περὶ διαιρέσεως ἐπερωτήσεων.

TITVLVS XIX.

Totidē & hic sunt perpendenda.

I. PARTITIO. *Stipulationū quatuor sunt genera. Aliæ sunt*
- *Iudiciales.*
- *Prætoriæ.*
- *Communes.*
- *Conuentionales.*

II. DEFINITIONES.
- *Iudiciales uocantur, quas exigit Iudex à partibus.*
- *Prætoriæ, quas Prætor.*
- *Communes pertinebant, partim ad*
  - *Iudices.*
  - *Prætores.*
- *Conuentionales uocantur, quæ partiū contrahentium consensu constant, sine*
  - *Iudicis* / *Prætoris* — *autoritate.*

DE VTI-

DE VTILIBVS STIPVLATIONIBVS:

περὶ χρησίμων ἐπερωτήσεων.

TITVLVS XX.

Duo sunt ἐρωτήματα huius loci:

- I. *Quæ sint utiles?* VTILES *stipulationes sunt, in quibus concurrunt*
  - *Conditiones* & *Requisita.* — *Quibus opus est in stipulatione.*
- II. *Quot sint requisita? Et hæc requiruntur generaliter, nempe*
  - *Res stipulabilis. In re, uel materia requiritur, ut sit*
    - *Dominio nostro subiecta.*
    - *Honesta, & possibilis.*
  - *Persona idonea. In personis autem requiritur: ut,*
    - *Altera alterius potestati non sit subiecta.*
    - *Possit loqui & audire.*
    - *Sit compos mentis.*
    - *Sit maior septem annis.*
    - *Personæ sint præsentes. Eatenus pater à filio, & contra, stipulari non potest.*
  - *Modus conueniens. Modus in eo consistit,*
    - *Vt fiat*
      - *Interrogatio de promissione.*
      - *Responsio de promissione.*
    - *Vt*
      - *Interrogatio,*
      - *Responsio,* — *idem dicant.*
  - *Conuenientia uerba. Debent enim esse*
    - *Perspicua.*
    - *Conuenientia stipulationi.*

In Hypotheticis, præter cætera requiritur, ut conditio sit possibilis.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS:

περὶ ἀχρησίμων ἐπερωτήσεων.

- I. *Quæ sint?* INVTILES *è contra dicuntur illæ, in quibus uel*
  - *Omnes, uel*
  - *Vna aliqua* — *Conditio non seruatur.*
- II. *Quot modis fiant inutiles?*
  - *Ratione rerum fit inutilis, si fiat stipulatio de re non stipulabili. Tales res sunt, res*
    - *Sacra.*
    - *Religiosa.*
    - *Publica.*
    - *Mea.*
    - *Omnes, quæ dominio nostro nō sunt subiectæ: & quæ alioqui ex cōtractu acquiri nō possunt*
    - *Turpis.*
    - *Impossibilis.*
    - *Iniusta.*
  - *Ratione personæ fit inutilis, si fiat stipulatio à personis ad stipulationem non idoneis. Tales sunt,*
    - *Pater cum filio.*
    - *Prorsus mutus.*
    - *Prorsus surdus.*
    - *Minor septem annis.*

A

A

In his tria ζητούμενα tenenda sunt:

III. Quæ ὑποθέσεις, uel regulæ: Sed incidunt etiam aliæ Regulæ, uel sententiæ, quarum hæc est series & summa.

1. Res non existens, nec ualens existere, in stipulationem deduci non potest. Et stipulans de tali inutiliter stipulatur.
2. Res initio stipulabilis, & post facta instipulabilis, idq; sine facto promissoris, desinit stipulatori deberi.
3. Exemptum dominio meo, sine facto meo, in stipulationem deduci non potest.
4. Factum alienum in stipulationem deduci non potest nec ualet illa stipulatio nisi addatur mulcta, uel pollicitatio procurationis.
5. Si quis sibi aut alij cuidam stipulatur: ibi obligatio acquiritur stipulatori, sed solutio potest etiam alteri adiuncto fieri, uel uolente, uel inuito stipulatore. Sed in hoc casu relinquuntur stipulatori actiones quædam, contra adiunctum, si accepit is solutionem inuito stipulatore.
6. Stipulans sibi & alij cuidam simul, tantum ex dimidia parte acquirit.
7. Stipulans alicui, quem sub suo iure habet, sibi acquirit.
8. Stipulatio constans diuersitate interrogationis, & responsionis non ualet. Et catenus si stipulator aliud quærat, & promissor aliud respondeat, non ualet stipulatio.
9. Si stipulator quærit cum aliqua circumstantia: & promissor respondet generali uerbo, quod est PROMITTO: ualet stipulatio.
10. Prorsus mutus, & prorsus surdus non potest stipulari.
11. Furiosus stipulari non potest.
12. Impubes minor septem annis stipulari non potest. Si est maior septem annis, potest stipulari: sed si est adhuc sub potestate patris, promittere non potest, etiamsi patris interueniat autoritas.
13. Idem autē orbus patre, si est maior semiundecim annis, potest etiam promittere sed in promittendo opus est tutoris autoritate.
14. Conditio impossibilis adiecta stipulationi uiciat stipulationem.
15. Stipulatio inter absentes, utpote per nuncium, uel per epistolam, contrahi non potest: sed si facta fuerit, non ualet.
16. Si in instrumento continetur, partes in stipulatione præsentes fuisse, ualet scriptura, nisi probetur contrarium.
17. Stipulatore de pluribus interrogante, & promissore generaliter & categorice respondente, de omnibus obligatio facta esse censetur.
18. Stipulatore de pluribus interrogante, & promissore de uno aut altero respondente, obligatio tantum de ijs fit, de quibus respondit promissor.
19. Stipulatio constans conditione de dando, uel faciendo alteri, quatenus stipulatoris interest dari, ualet & obligat. Quatenus non interest, non ualet, nisi pœna adiecta sit.
20. Stipulatio de re turpi, uel iniusta non ualet.
21. Stipulans sub conditione, si ante conditionem euenientem moriatur: obligationem illam ad hæredes suos transmittit.
22. Promittens sub conditione, si ante conditionem euenientem moriatur, hæredes suos obligatos relinquit.
23. Stipulatio facta cum phrasi, HOC ANNO, uel HOC MENSE, uel similibus, tantum de fine temporis intelligitur, & ualet.
24. In stipulationis executione, semper iustum tempus conceditur.

DE FIDE-

DE FIDEIVSSORIBVS:

περὶ ἐγγυητῶν.

TITVLVS XXI.

I. Quis sit? FIDEIVSSOR uocatur, qui pro alio promittente spondet, aut fideiubet.

II. Cur introductæ fideiußiones? Fideiußiones introductæ sunt propter maiorem cautionem.

III Quæ in his requirantur? In fideiußionibus requiritur, ut
- Verba sint intelligibilia.
- Faciant ad sententiam fideiußionis.

IIII. In quibus locum habeant? Fideiußiones locum habent in omnibus obligationibus. Sed excipiuntur, Obligatio
- De maleficijs committendis.
- De dote conseruanda.

V. Quæ hypotheses? (In hoc loco quinq; sunt notanda.)

1. Fideiußio fieri potest pro { Præsenti / Præterito / Futuro } contractu.
2. Fideiußio obligat,
   - cum ipsum fideiussorem.
   - tum etiam hæredes eius.
3. In fideiußionibus licitum est, plures esse fideiussores.
4. Pluribus existentibus fideiussoribus, quilibet eorum tenetur in solidum. Ac potest creditor à quouis eorum creditum petere. Sed habent fideiussores exceptionem de diuisione in partes, si modo exceptione uti uoluerint.
5. Si unus fideiussor tempore litis soluendo non est, coguntur alij fideiußores pro eo partem eius soluere.
6. Pluribus existentibus fideiussoribus, si unus neglecta exceptione totum soluat: is ab alijs fideiussoribus nihil potest repetere. QVIA SVA CVILIBET CVLPA EST NOCIVA.
7. Fideiussor soluens pro reo suo potest ab eo repetere solutum per mandati actionem.
8. In fideiußione potest esse minor quantitas, qualitas, & tempus, quàm fuit in obligatione principali. Sed maior aut maius esse non potest.
9. Fideiussor in minus obligari potest, quàm promissor: in plus uel maius non potest.
10. In instrumento fideiussorio si scriptum est, fideiußit, tota præsumitur solennitas obseruata.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBVS.

περὶ τῆς τῶν γραμμάτων ἐνοχῆς.

TITVLVS XXII.

(Duo hic ueniunt discenda:)

I. Quid sit? OBLIGATIO literarum est contractus, in quo debitor, spe futuræ numerationis, dat chyrographum, & confitetur in eo, se certam pecuniæ summam accepisse.

II. Quæ hypotheses?
1. Literarum obligatio tenet, quatenus exceptio non opponitur.
2. Si pecunia nō numeretur, potest opponi exceptio. Sed requiritur, ut fiat intra biennium.

DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV.

περὶ συναινετικῆς ἐνοχῆς.

TITVLVS XXIII.

Quatuor ζητούμενα sunt huius tituli:

- I. *Quid sit?* OBLIGATIO *ex consensu, est contractus, constans solo & nudo consensu, sine alio adminiculo.*
- II. *Quæ sint eius species? Obligationis ex consensu species sunt*
  - *Emptio.*
  - *Venditio.*
  - *Locatio.*
  - *Conductio.*
  - *Societas.*
  - *Mandatum.*
- III. *Quot modis contrahi possit? Hoc genus obligationis potest contrahi*
  - *Inter absentes.*
  - *Per epistolam.*
  - *Per nuncium.*
  - *Sine scriptura.*
  - *Sine interuentu rei alicuius.*
- IIII. *Quot modis præstandæ sint res? In his obligationibus præstandæ sunt res duobus modis:*
  - PRIMO, *secundum*
    - *Deductionem, uel*
    - *Nuncupationem.*
  - SECVNDO, *Iuxta*
    - *Aequum.*
    - *Bonum.*
    - *Etiamsi aliquid nõ est nuncupatũ.*

DE EMPTIONE, & VENDITIONE,

περὶ ἀγορασίας, καὶ πράσεως.

TITVLVS XXIIII.

Sũt et hic quatuor ἐρωτήματα.

- I. *Quid sint?*
  - EMPTIO *est contractus, quo quis certo precio certam rem emit, & eiusdem rei dominium acquirit.*
  - VENDITIO *est contractus, in quo quis certam rem certo precio uendit, & transfert dominium eiusdem in ementem.*
- II. *Quotuplices sint?*
  - *Emptiones, & uenditiones, aliæ sunt,*
    - *Categoricæ.*
    - *Hypotheticæ, cuius species præcipuæ sunt*
      - *Cõtractus de retrouendendo.*
      - *Emptio cum conditione, uel*
        - *Experimẽti, uel*
        - *Probationis.*
  - *Item, Emptiones, & uenditiones aliâs sunt*
    - *In scriptis.*
    - *Sine scriptis.*

A

III. *Quot*

A

Sunt & hic quatuor ἐρωτήματα.

- III. Quot in his requirantur? In emptione, & uenditione generaliter tria requiruntur:
  - MERX. In merce, peculiariter requiritur, ut sit res ipso iure uendibilis. Eatenus non debet esse
    - Locus sacer.
    - Locus religiosus.
    - Locus publicus.
    - Res aliena.
  - PRECIVM. In precio, peculiariter requiritur, ut sit pecunia.
  - CONSENSVS. In consensu peculiariter requiritur,
    - Vt constituatur, de
      - Certo precio.
      - Certa merce.
    - Vt promissio mutua sit
      - Expressa.
      - Clara.
    - Vt articuli, si quibus est opus, expresse dicantur.
- IIII. Quae ὑποθέσεις?
  1. Ad emptionem, & uenditionem, satis est de precio conuenire, nec opus est arrha.
  2. In precio constituendo, licitum etiam est aestimationem alterius cuiusdam arbitrio permittere. In illo casu, prout aestimauerit ille, ita ualet contractus.
  3. Aestimatione facta, si uenditor tradere mercem nō uult, potest eam petere emptor, per actionem ex empto. Econtra, si emptor recipere non uult, potest uenditor cum eo agere per actionem ex uendito.
  4. Ad emptionem, & uenditionem in scriptis requiritur, ut instrumentum, uel
     - Propria contrahentium manu scribatur.
     - Subscribatur.
     - Saltem obsignetur.
  5. Ante confectionem instrumenti, licitum est partibus contractum reuocare, sine poena, nisi sit aliquid datum.
  6. In reuocatione, si antea fuit arrha data in argumentum emptionis: ibi si emptor reuocat, perdit arrham. Si uerò arrha est data loco precij, tunc non potest reuocari. Si uenditor reuocat: tenetur de restitutione dupli.
  7. Emptione perfecta, si periculum aliquod obuenit rei emptae ex dolo uel culpa uenditoris, de eo tenetur uenditor. Econtra, si fit sine dolo & culpa uenditoris, iam pertinet damnum ad emptorem, siue sit tradita res, siue non sit tradita: & cogitur nihilominus precium soluere. Sed excipitur casus peculiaris pactionis, de conseruatione rei, usque ad traditionem.
  8. In casu periculi, si uenditor promisit se custoditurum rem, usque ad traditionem, tenetur uenditor, de periculo.
  9. Emptione perfecta, si commodum accedit rei emptae, id pertinet ad emptorem.
  10. Emptione perfecta, si actiones obueniant in rem emptam, illae pertinent ad emptorem.

F

DE LOCATIONE, & CONDVCTIONE:

περὶ μισθώσεως, καὶ ἐκμισθώσεως.

TITVLVS XXV.

Totidem in hoc quoque loco sunt obseruatione digna:

I. *Quid sit?* LOCATIO *est contractus, constans concessione certæ rei, ad usum certi temporis, pro certa pecunia mercedis loco numeranda.*

II. *Quotuplex sit? Locatio, & conductio duplex est,*
- *Categorica.*
- *Hypothetica.*

III. *Quot in ea requirantur?*
- *In locatione, & conductione, tria requiruntur:*
  - *Res locationi idonea.*
  - *Consensus.*
  - *Constitutio mercedis.*
- *Post initum contractum duo requiruntur:*
  - *Fides pacti.*
  - *Fides æqui & boni.*

IIII. *Quæ hypotheses?*
1. *In locatione & conductione, potest alicui tertio æstimatio de mercede permitti. Et pro ut is æstimauerit, ita ualet contractus, modo æquum æstimauit.*
2. *Contracta locatione, si locator locatum cedere non uult: potest conductor petere locatum, per actionem ex conducto.*
3. *Contracta conductione, si conductor conductum accipere non uult: potest locator cogere conductorem ad recipiendum: & id fit per actionem ex locato.*
4. *Conductor tenetur de dolo & culpa: sed de casu fortuito non tenetur.*
5. *Locatio & conductio transmittuntur etiam ad hæredes.*

DE CONTRACTV EMPHYTEVTICO,

περὶ συναλλάγματος ἐμφυτευτικοῦ.

Tria in contractu Emphyteutico occurrũt, quæ considerari debent.

I. *Quid sit* Ἐμφύτευσις? *Nonnunquàm rustico conceditur, uel locus sterilis, uel alioqui prædium quoddam ad colendum, cum conditione annuæ pensionis: is contractus, propriè non est locatio, & conductio: sed uocatur* Emphyteusis. *Emphyteusis igitur est elocatio prædij, cum conditione annuæ pensionis, præstandæ ei, qui directus prædij dominus est.*

II. *Quid in ea requiratur? In omni* Emphyteusi *requiritur, ut annua pensio, pro ratione contractus mutui præstetur.*

III. *Quæ hypotheses?*
1. *In* Emphyteusi, *si quid de periculo prædij fuit pactum, id habetur pro rato.*
2. *In eadem, si nihil fuit de periculo pactum: ibi totalis interitus prædij, pertinet ad dominum directum: particularis uerò ad* Emphyteutam.
3. *In* Emphyteusi *sterilium locorum, si* Emphyteuta *pactum suum, uel annuam pensionem, pro ratione contractus soluit, non potest à prædio amoueri. Sed si cessat per triennium, iam tum potest, idq; in priuata* Emphyteusi: *Alioqui in* Ecclesiastica *tantum ratione biennij amouetur.*
4. *In eadem dicitum est* Emphyteutæ, *ut transferat prædium illud in alium: sed salua ratione pacti.*

DE CONTRACTIBVS INNOMINATIS.

περὶ τῶν ἀνωνύμων συναλλαγμάτων.

Huius loci quæstiones sunt duæ.

- I. Qui sint innominati contractus: συναλλάγματα ἀνώνυμα:
  - 1. Nonnunquam operæ conducuntur sub mercede deinceps constituenda. Sed hic contractus propriè non est conductio, uerum contractus innominatus, & sic uulgo uocatur.
  - 2. Nonnunquam in locando mutuæ fiunt, uel
    - Rerum
    - Operarũ
    - Permutationes. Sed hic contractus propriè non est locatio, uerum cõtractus innominatus.
- II. Quæ hypotheses:
  - In conductione operæ sub mercede alias constituenda, si alter contrahentium peccat, agi potest per actionem præscriptis uerbis.
  - In permutatione locati, si alter contrahentium peccat, agi potest, per candẽ actionem.

DE SOCIETATE:

περὶ κοινωνίας.

TITVLVS XXVI.

Quinque hic sunt spectanda.

- I. Quæ sit diuisio Societatis:
  - PRIMA. Societas alia est
    - inhonesta.
    - Honesta. Societatis honestæ species sunt, Societas
      - Negociationis quæ duplex est: Societas
        - Pecuniæ mutuo collatæ.
        - Pecuniæ, & operæ.
      - Collegiorum.
      - Cohabitationum.
      - Bonorum communium.
      - Animalium. Societas animalium triplex est:
        - Alia animalium mutuò coniunctorum.
        - Alia
          - Animalium, & Nutritionis.
        - Alia
          - Animalium, & Operarum.
  - ALTERA. Interdum solet etiam hæc diuisio usurpari: Societas alia est
    - Vniuersalis.
    - Particularis.
    - Ex his uniuersalis uocatur, quando constituitur commercium in omnibus negotiationibus.
- II. Quid requiratur:
  - 1. Ad societates contrahendas in genere requiritur, ut
    - Personæ sint idoneæ. Et in ijs requiritur, ut habeant de iure potestatem contrahendi. Eatenus excluduntur
      - Furiosus.
      - Amens.
      - Prodigus.
      - Alij quidã, de quibus supra in materia donationis.
    - Res sint idoneæ. In rebus requiritur, ut non sint uitiosæ. Eatenus excluduntur Res, uel
      - Furtiuæ.
      - Alio maleficio comparatæ.
    - Accedat iustus consensus, in quo requiritur, ut sit perspicuus. Et potest is fieri, uel
      - Coràm.
      - Per literas.
      - Per nuncium.

A B

A

B

- 2. *In cursu uerò societatis iam contractæ duo requiruntur:* FIDES
  - *Pacti.*
  - *Acqui, & boni. Eatenus uitari debent*
    - *Dolus.*
    - *Culpa*
      - *lata, & leuis,*
      - *Sed de*
        - *Leuissima culpa, & Casu fortuito*
        - *nemo tenetur.*
- 2. *Ad Societatem negociationis cōtrahendam, præter superiora, peculiariter requiritur: ut negociatio sit honesta.*

III. *Quomodo possint dissolui. Societates contractæ possunt dissolui. Ea in re septem soient recitari modi.*

1. *Tempus elapsum, si uidelicet conuenit de certo tempore.*
2. *Consummatio negocij.*
3. *Interitus rei, in societatem deductæ.*
4. *Renunciatio ordinatè facta.*
5. *Capitis diminutio, uel publicatio bonorum.*
6. *Cessio bonorum.*
7. *Mors socij.*

IIII. *Quot requirantur in diuisione rerum ex societate comparatarum. In diuisione rerum, ex societate comparatarum, tria potissimùm requiruntur:*

- *Deductio impensarum.*
- *Deductio depositi.*
- *Partitio lucri.*

V. *Quæ pohythe-ses?*

1. *Impensæ factæ ratione societatis, sunt communes, & eatenus ex tota detrahuntur societate.*
2. *Quod quisque deposuit, id ante lucri partitionem reddendum est.*
3. *In partitione lucri semper agendum est pro proportione depositi.*
4. *Quod si unus pecuniam deposuit, & alter operas fecit, ibi in partitione lucri, si conuentus fuit de partibus, agendum est secundum illam conuentionem.*
5. *Si non est conuentum specialiter: iam tum præsumitur æqualitas partium intellecta. Et eatenus distributio fieri debet secundum æqualitatem.*
6. *Econtrà, in casu damni agendum etiam est pro proportione depositi.*
7. *Quod si fuit societas pecuniæ & operæ: ibi in casu damni, si conuentum est de partibus, agendum est secundum conuentionem: si non est conuentum specialiter, iam tum præsumitur æqualitas partium intellecta.*
8. *In societate, potest fieri renunciatio: sed uidendū est, ut fiat ordinatè, & sine dolo.*
9. *Renunciatio facta cum dolo, & intempestiuè, soli renuncianti obest: ita ut de eo, quod ipse acquirit, socijs suis teneatur: de eo uerò, quod alij post renunciationem acquisiuerunt, nihil ipsi debeatur.*

DE MAN-

DE MANDATO.

Περὶ Μανδάτου, ἤτοι ἐντάλματος.

TITVLVS XXVII.

Sex in hoc titulo sunt attendenda.

- I. *Quando fiat?* MANDATVM *fieri dicitur, quando alter alteri demandat aliquid efficiendū, uel orat ipsum de efficiendo.*
- II. *Quid sit? Contractus mandati est contractus, quo quis rem aliquam, uel*
  - *Mandatā*
  - *Petitam*
  - → *Expediendam sibi sumit, idq; gratuitò.*
- III. *Quot sint eius species? Mandati quinq; sunt species. Aliud est gratia*
  - *Mandantis tantum.*
  - *Mandantis, & mandatarij simul.*
  - *Tertij cuiusdam.*
  - *Mandantis & tertij.*
  - *Mandatarij, & tertij.*
  - → *Hæc distributio sumpta est à personis, in quarum utilitatem cedit mandatum.*
- III. *Quæ sit diuisio? Mandatum aliud est*
  - *Categoricum.*
  - *Hypotheticum. Aliud est hypotheticum ratione*
    - *Temporis.*
    - *Facti.*
- V. *Quid in eo requiratur? In mandato requiritur, ut sit*
  - *Gratuitum.*
  - *Honestum.*
- VI. *Quæ hypotheses?*
  1. *Mandatum contra bonos mores factum, nec*
     - *Mandanti*
     - *Mandatario*
     - → *Est obligatoriū.*
  2. *Mandatum gratia solius mandatarij de iure fieri non potest: si tamen fit aliquid tale, illud non est mandatum sed potius consilium. Hoc ipsum autem neutri est obligatorium.*
  3. *Contractus mandati ab initio est uoluntarius. Eatenus licet, uel*
     - *Suscipere.*
     - *Recusare.*
     - → *Sed semel susceptū mandatū, uel*
       - *Expediri,*
       - *Renunciari*
       - → *Oportet.*
  4. *In executione mandati semper duo sunt spectanda:*
     - *Voluntas*
     - *Commodum*
     - → *Mandantis.*
  5. *Mandatarius satisfaciens uoluntati mandantis, uel consulens commodis eius, si accusetur, defendere se potest per mandati actionem.*
  6. *Contractus mandati dissolui potest. Ea in re duo sunt modi:*
     - *Reuocatio, uel renunciatio.*
     - *Mors contrahentium.*
  7. *In Reuocatione, requiritur, ut fiat*
     - *Tempestiuè.*
     - *Re adhuc integra:*
     - → *Sed sunt casus quidā, ubi uel*
       - *Nō est necesse renunciare.*
       - *Licet intempestiue reuocare.*

A

- 5. In renunciatione Mandatarij intempestiuè factâ, nihilominus manet obligatio. Et contra talem potest agi per actionem mandati.
- 6. Mandatarius expediens negocium post mortem, uel reuocationem mandantis: si ignorat illa, ibi si conuenitur de expedito negocio, habet subsidium ex actione mandati.

DE OBLIGATIONIBVS QVAE EX QVASI contractu nascuntur: Περὶ ἐνοχῆς ὡσανεὶ ἀπὸ συναλλάγματος.

TITVLVS XXVIII.

Tria hîc sunt perpendẽda:

- I. Quid sit? QVASI contractus, est contractus ortus inter partes tacitè, etiamsi peculiaris consensus non interuenit.
- II. Cur hoc nomine appelletur? Vocatur autem quasi contractus, uel
  - Ratione tacitæ obligationis:
  - Quia est impropriè contractus.
- III. In quibus rebus locum habeat? Iste talis contractus contrahitur, IN
  - Negociorum gestione.
  - Tutelis.
  - Communibus legatis, uel donatis.
  - Communi hæreditate.
  - Hæreditatis aditione.
  - Indebiti solutione.

DE QVASI CONTRACTV, RATIONE negociorum gestorum.

Ἐρωτήματα huius loci sunt duo.

- I. In quibus negocijs oriatur? In negotijs susceptis, nomine alterius absentis, idq; sine mandato, oriuntur tacitæ obligationes, inter
  - Dominũ: & Gestorẽ: — Etiamsi non interuenit cõsensus. Eatenus
    - Dominus: Negociorũ gestor: — Etiã sine cõsensu expresso, sibi mutuò obligantur,
- II. Quæ hypotheses sint cõsiderandæ?
  - 1. In tali casu, alter alterum conuenire potest per actionem negociorum gestorum. Sed
    - Domino, Gestori negociorum, — Competit actio negociorum gestorum
      - Directa.
      - Contraria.
  - 2. Gestor negociorum, tenetur de
    - Dolo, & Omni culpa: — Sed concurrunt hic tamen circumstantiæ quædam.

DE QVASI CONTRACTV RATIONE Tutelæ.

Eodẽ modo duo hîc discenda ueniunt.

- I. Quando is oriatur? In tutela oritur nonnunquam tacita obligatio, inter
  - Tutorẽ, et Pupillũ: — Eatenus
    - Tutor, & Pupillus — In aliquibus, etiã sine consensu expresso, sibi mutuò obligantur.
- II. Quæ hypothesis? In tali casu, potest alter alterum conuenire, per actionem tutelæ: sed
  - Pupillo, Tutori, — Competit
    - Directa.
    - Contraria.

DE QVASI CONTRACTV, RATIONE communis legati, vel donati.

Totidem & hic notari debent.

- I. *Quando oriatur?* IN
  - *Legato, uel*
  - *Donato communi,*
  - *Oriuntur nonnunquam tacitæ obligationes inter partes.*
- II. *Quæ hypothesis? In tali casu, potest alter alterũ conuenire, per actionem communi diuidundo.*

DE QVASI CONTRACTV, RATIONE communis hæreditatis.

Sunt & hic duæ quæstiones.

- I. *Quando oriatur? In hæreditate communi, oriuntur nonnunquam tacitæ obligationes, inter cohæredes.*
- II. *Quæ hypothesis? In tali casu, potest alter alterum conuenire, per actionem familiæ herciscundæ, hoc est, hæreditatis diuidendæ.*

DE QVASI CONTRACTV, RATIONE aditæ hæreditatis.

In aditione hæreditatis, oritur tacita obligatio, inter
- *Hæredem,*
- *Legatariũ, et*
- *Creditorem*

Defuncti. Eatenus hæres adiens hæreditatem, tacitè debitor efficitur
- *Legatarijs, &*
- *Creditoribus.*

DE QVASI CONTRACTV, RATIONE solutionis indebiti.

In solutione indebiti oritur interdum tacita obligatio inter
- *Accipientem,* &
- *Dantem:*

Eatenus accipiens indebitum, tenetur danti de restitutione, sed in certis casibus: de quibus suprà.

PER QVAS PERSONAS NOBIS ACQVIritur obligatio: Διὰ ποιῶν ἡμῖν προσώπων ἡ ἐνοχὴ ἐπιζητεῖται;

TITVLVS XXIX.

Hypotheses hic sunt tres.

- I. *Obligatio acquiri mihi dicitur: cum alius contrahit, ita ut obligatio mihi cedat.*
- II. *Paterfamiliàs contrahere potest, uel per*
  - *Se.*
  - *Liberos suos.*
  - *Alios homines ipsius nomine agentes.*
  - *Eatenus per illos acquiritur ipsi obligatio.*
- III. *Per alium hominem potest acquiri mihi obligatio. Sed in illo casu requiritur, ut*
  - *Ego rem præstem, &*
  - *Ille præstet operam.*

QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO: Τίσι τρόποις ἡ ἐνοχὴ λύεται;

TITVLVS XXX.

Duæ sunt quæstiones.

- I. *Quando tollatur? Obligatio tolli dicitur, quando finitur, & quando partes desinunt eo modo obligatæ esse.*
- II. *Quibus modis? Modi tollendæ obligationis paulò plures sunt: Sed ex his quatuor interdum præcipuè mentio fieri solet. Et sunt:*
  - *Solutio.*
  - *Acceptilatio.*
  - *Nouatio.*
  - *Dissensus, uel uoluntas contraria.*

DE SOLVTIONE.

Tres sunt huius loci quæstiones.

- I. Quid tollat? Solutio debiti tollit obligationē debiti. eatenus soluens id, quod debetur, liberat ab obligatione, &
  - Se.
  - Fideiussores suos.
- II. Quot modis fiat? Solutiones possūt fieri, uel per
  - Debitorem.
  - Alium, nomine debitoris, quicunque sit iste. Et utroque modo tollitur obligatio. Solutio nomine debitoris per alium fieri potest, uel
    - Sciente.
    - Ignorante,
    - Debitore: Item uel
      - Consentiente.
      - Nō consentiente.
- III. Quæ hypotheses?
  - I. In solutione licitum est, ut aliud pro alio detur, quatenus creditor consentit.
  - II. Solutio partis, de æquitate admittitur, sed non de summo iure. Eatenus creditor ad solutionem partis accipiendam compelli non potest.

DE ACCEPTILATIONE.

Totidem in hoc quoque loco sunt obseruanda:

- I. Quid sit? Acceptilatio est imaginaria solutio, constans certa formula
  - Interrogantis.
  - Responsionis.
- II. Quottuplex sit? Acceptilatio duplex est,
  - Simplex, quæ fit in obligationibus, per stipulationem contractis.
  - Aquiliana. Et hæc fit in obligationibus, uel
    - Re,
    - Consensu
    - Contractis.
- III, Quæ ὑποθέσεις considerentur?
  - 1. Omnis acceptilatio, tollit obligationem debiti.
  - Acceptilatio potest etiam in parte debiti fieri. Et eatenus Reus in parte debiti liberatur.

DE NOVATIONE.

Quatuor hīc debēt spectari.

- I. Quid sit? NOVATIO est mutatio prioris obligationis in aliam: & nouam quandam obligationem.
- II. Quis eius effectus? Ea tollit obligationē priorem. Eatenus prior Reus liberatur, etiamsi posterior obligatio est, uel fit periculosa.
- III. Quot modis fiat? Nouatio fieri potest uel
  - Manentibus
  - Mutatis.
  - Personis, quæ in priori obligatione erant.
- III. Quæ ὑποθέσεις præterea sint spectandæ?
  - 1. Nouatio obligationis constans conditionis additione, soluit priorem, si conditio euenerit. Si non euenerit conditio: ibi recurritur ad obligationem priorem.
  - 2. In nouatione, requiritur expressa declaratio de uoluntate nouationis.
  - 3. Si partes conuenientes non dicunt expresse, quòd debeat fieri, uel esse nouatio: ibi prior obligatio manet, & posterior loco incrementi accedit.

DE DISSEN=

DE DISSENSV.

Hypotheses.
- I. DISSENSVS, uel contraria uoluntas tollit priorem obligationem.
- II. Ita obligatio ex
  - Consensu mutuo,
  - Voluntatibus consentientibus,

  Tollitur per
  - Dissensum mutuum.
  - Contrarias uoluntates.

Nihil enim tam naturale est, quàm eo genere quodq; dissolui, quo ligatum est.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS.

DE OBLIGATIONIBVS, QVAE EX DElicto nascuntur:

περὶ ἐνοχῶν τῶν ἀπὸ ἁμαρτίας γινομένων, ἤτοι φυομένων.

TITVLVS I.

In hoc primo titulo spectanda sunt potissimùm ἐρωτήματα duo:

- I. *Quid sit?* DELICTVM *est actio contra leges. Interdum utuntur etiam in eodem casu, uocabulo maleficij.*
- II. *Quot eius sint species? Delicti, uel maleficij, duæ sunt species. Aliud est*
  - PVBLICVM. *Publica delicta dicuntur, quorum accusatio cuilibet est licita. Sed horum species sunt multæ, de quibus agetur in fine.*
  - PRIVATVM. *Priuata sunt quorum accusatio tantum ad eum pertinet, qui læsus est. Delicti uel maleficij priuati, numerantur hîc quatuor species:*
    - *Furtum.*
    - *Rapina.*
    - *Damnum.*
    - *Iniuria.*

DE FVRTO

DE FVRTO.

- I. *Quid sit?* FVRTVM, *est contrectatio rei alienæ, facta cum*
  - *Fraude.*
  - *Animo lucrandi.*
- II. *Quotuplex sit? Furti duæ sunt species. Aliud est*
  - MANIFESTVM. *Furtum manifestum dicitur, quando fur, uel in*
    - *Ipso facto,*
    - *Loco facti,*
    - *Opere perferēdi ad primum locū destinatum,*
    - } *deprehēditur.*
  - NON MANIFESTVM. *Furtum non manifestum dicitur omne furtum quod cōmittitur sine deprehensione in*
    - *Facto.*
    - *Loco facti.*
    - *Opere perferendi ad primum locum destinatum.*
- III. *Quæ causa furti? Furtum generaliter consistit in omni indebita contrectatione.*
- IIII. *Quæ hypotheses, & qui furti possint agi?*
  1. *Suscipiens rem furtiuam scienter, pro fure non manifesto reputatur.*
  2. *Creditor abutens pignore inuito domino, furtum committit.*
  3. *Depositarius abutens deposito, inuito depositore, committit furtum.*
  4. *Accipiens rem utendam, si abutitur re contra uoluntatem commodantis, furtum committit.*
  5. *Contrectans rem alienam, & probabiliter credens, inuito domino non fieri, non committit furtum.*
  6. *Contrectans rem alienam, domino non inuito, licet credat inuito fieri, non committit furtum.*
  7. *Suadens alieno seruo de re heri surripienda, & ad se perferenda, tenetur de*
     - *Furto, & de*
     - *Seruo corrupto.*
  8. *Contrectans rem suam, apud creditorem, oppignoratam, tenetur de furto.*
  9. *Præstans auxilium ad furti commissionem, tenetur de furto.*
  10. *Dans consilium ad furti commissionem, sed opem non ferens, non tenetur de furto, nisi sit tale consilium, sine quo furtum non fuisset factum.*
  11. *Dans occasionem furto per lasciuiam uel iocum, & non ad occasionem furti faciendi, non tenetur de furto, sed potest tamen conueniri per actionem in factum.*
  12. *Existens in potestate patris, si rem patris surripit: ibi, si habet castrense peculiū, potest de furto accusari: sed sine illo non accusatur.*
  13. *Existens in dominica potestate, si rem domini surripit, fur est, & potest accusari criminaliter, præsertim si furtum est magnum.*
  14. *Impubes pubertati proximus rem alienam surripiens, tenetur de furto: sed minor eo non tenetur.*

Ζητήματα huius loci sunt quinque

A B

15. *In*

A B

15. In casu furti, quatuor sunt actiones:
- Actio furti.
- Condictio furtiua.
- Rei uendicatio.
- Actio ad exhibendum.

His additur alicubi criminalis accusatio.

16. Actio furti agit de poena, & datur contra solum furem.

17. Condictio furtiua agit de persecutione rei furtiuae: Et datur contra furem, & haeredes eius etiamsi non possideant.

18. Rei uendicatio, & actio ad exhibendum, agit de persecutione rei furtiuae: & datur contra quemlibet possessorem.

19. Actiones furti tantum illis competunt: quorum interest furtum non fuisse factũ.

20. Si pignus creditori surripitur: ibi actio furti creditori competit.

21. Si res artifici pro precio paranda tradita artifici surripitur: ibi actiones furti regulariter competunt artifici. Dominus uerò rei habet contra artificem actionem locati. Si tamen artifex soluendo non est: potest dominus actiones furti instituere.

22. Si res commodata, cõmodatario surripitur, liberum est commodatori, uel actionem
- Furti.
- Commodati.

aduersus
- Furem.
- Commodatariũ.

Instituere Et in hoc casu, cogitur commodator manere in illa actione, quàm semel instituit: nec datur ei transitio ad alteram, excepto, si nesciuisset rem surreptam fuisse.

V. Quae furti sint poenae? Poenae furti olim erant pecuniariae, sed nunc sunt capitales.

DE VI BONORVM RAPTORVM,

Περὶ τῶν βίᾳ τὰ ἀλλότρια ἁρπαζόντων.

TITVLVS II.

Quaestiones huius tituli sunt tres.

I. Quae Etymologia? Appellatio ui bonorum raptorum, est nomen actionis cuiusdam: sed hoc loco usurpatur de rapina.

II. Quid sit? Rapina est contrectatio rei alienae, facta
- Vi, &
- Dolo.

III. Quae ἀποτελέσματα considerentur?

1. In casu rapinae datur actio ui bonorum raptorum. Ea competit omnibus iis, quorum interest rapinam non fuisse factam.

2. Rapiens res alienas, propriè tenetur ui bonorum raptorum. Sed potest tamen etiam furti accusari.

3. Rapiens rem alienam, quam existimauit suam esse, tenetur de restitutione
- Rei, &
- Aestimationis simul.

4. Rapiens rem suam, existentem apud alium, amittit ius istius rei.

DE LEGE

DE LEGE AQVILIA: hoc eſt, de Damno:
Περὶ νόμου Ακουϊλίου, ἤ περὶ βλάβους.

TITVLVS III.

Tria hîc ſunt perpendẽda:

- I. Quid ſit? DAMNVM eſt lædere liberum hominem, uel IN
  - Seruo.
  - Pecore.
  - Alijs rebus eius
  - Excepto eius
    - Corpore.
    - Dignitate.
    - Fama.
- III. Quot eius ſpecies? Damni ſpecies ſunt:
  - Occiſio.
  - Vulneratio.
  - Læſio qualiſcunque.
- III. Quotuplex ſit actio legis Aquiliæ? In caſu damni datur actio Legis Aquiliæ. Ea duplex eſt:
  - Directa, &
  - Vtilis.
  - Sed de his infra dicendum eſt.

DE OCCISIONE.

De cædis autoribus, & modis, uel cauſis occiſionis ὑποθέσεις.

1. Interficiens alienum pecus, uel { Dolo, / Culpa, } Accuſatur per L. Aquiliam. ac tenetur talis de ſolutione interfecti, quanti eo anno plurimi ualuit, & de æſtimatione damni emergentis.
2. Occidens latronem inſidiantẽ, ſi aliter euadere non potuit, non fecit iniuriam, nec poteſt per L. Aquiliam accuſari.
3. Occidens aliquem ſine { Dolo, & / Culpa } non poteſt Lege Aquilia accuſari.
4. Miles exercens ſe in loco exercitij publico, ſi caſu occidit aliquẽ ſine dolo, immunis eſt: nec poteſt L. Aquilia accuſari: Sed occidens aliquem extra talem locum, culpam committit, & poteſt eo modo accuſari.
5. Clericus exercens ſe in loco exercitij publico ſi caſu occidit aliquem, culpam committit, & eſt obnoxius L. Aquiliæ.
6. Cædens arborem propè uiam, & occidens aliquem per truncum, uel ramum delabentem, ſi caret dolo, & proclamauit tempeſtiuè, non tenetur, nec eſt obnoxius L. Aquiliæ.
7. Cædens arborem ſeorſim à uia; non tenetur de clamore. Eatenus ſi occiditur quis ſine dolo, non tenetur.
8. Medicus per imperitiam & negligentiam patientem occidens, committit culpam, & poteſt accuſari per L. Aquiliam. Ita imperitia uel negligentia annumeratur culpæ.
9. Simulus, & equus, uel propter { Imperitiam, / Negligentiam, / Infirmitatem } inſidentis, impetu ſuo aliquem occidit, ibi inſidens committit culpam, & cogitur præſtare damnum.

DE VVLNERATIONE.

Υποθέσεις.

1. Vulnerans alienum pecus, ſi facit ex { Dolo, & / Culpa, } Committit maleficium, & poteſt accuſari.
2. In tali caſu, præſtanda eſt ſolutio rei uulneratæ, quanti plurimi ualuit intra triginta dies proximè præeuntes.

DE LAESIO=

DE LAESIONIBVS QVALIBVSCVNQVE.

Ὑποθέσεις hic duæ sunt cōsiderandæ.

1. Lædens alium in corpore quodam, ita ut corpus læsum intereat: si fecit hoc suo ipsius corpore, uel immediatè, accusari potest per directam L. Aquiliæ actionem. Sed si fecit hoc mediatè, uel sine suo ipsius corpore, agi potest per utilem L. Aquiliæ actionem.
2. In eodem casu, si corpus non deterioratur, potest quidem agi contra ipsum, sed per actionem in factum, non per L. Aquiliam.

DE INIVRIIS.

περὶ ὕβρεως.

TITVLVS IIII.

Vndecim quæstiones in hoc titulo, Legum studiosi, diligenter obseruare debent.

- I. Quid sit? INIVRIA generaliter dicitur omne, quod non fit iure.
- II. Quot eius species? Species iniuriæ multæ sunt. Et ex his præcipuæ sunt:
  - Pulsatio.
  - Fustigatio.
  - Conuiciatio.
  - Possessio bonorum iniusta, sub nomine debiti.
  - Infamia per libellum famosum.
  - Assumptio uestis in ignominiam alterius.
  - Attentatio pudicitiæ.
  - Præterea iniuria est, quando Iudex pronunciat contra ius, & æquitatem.
  - Item, omnis iniusticia, & iniquitas.
- III. Quot modis fiat? Iniuria quatuor fit modis:
  - Re.
  - Verbis.
  - Literis.
  - Gestu.
- IIII. Qui gradus sint? In iniuria gradus aliqui sunt. Alia est
  - Leuis.
  - Atrox.
  - Isti gradus distinguuntur ratione circumstantiarum.
- V. Qui afficiantur iniuria? Iniuria pertinet interdum nō tantum ad læsum, uerum etiam ad coniunctos læsi.
  - Faciens iniuriam
    - Filijs familiâs, ipsi parenti fecisse putatur.
    - Matrifamiliâs etiā
      - Patri,
      - Marito,
      - Socero eius,
      - Fecisse putatur.
  - Iniuriam passus potest, uel
    - Dissimulare, & pati.
    - Agere de iniuria.
- VI. Quando euanescat? In casu
  - Dissimulationis, &
  - Patientiæ,
  - Euanescit iniuria. Et eatenus actio institui non potest.
- VII. Quottuplex sit actio iniuriæ? Actio uero iniuriæ duplex est:
  - CIVILIS. In ciuili æstimatur pœna à patiente, & applicatur etiam patienti.
  - CRIMINALIS. In criminali æstimatur pœna à Iudice, & applicatur fisco. Sed insuper etiam in criminalibus non potest interuenire procurator, exceptis personis illustribus, aut maiore pietate præditis.

A

VIII. Ad quos pertineat actio iniuriæ? Actio iniuriæ pertinet ad
- Læsum.
- Læsi nonnullos coniunctos.

Eatenus, una eadémq; actio iniuriæ pluribus competit. Et ex his uel
- Vnus, quicunq; sit,
- Omnes simul

Agere possunt.

IX. Quæ hypotheses debeant obseruari?
- Si seruus in contumeliam domini iniuriam patitur: ibi dominus iniuria affectus putatur: & is propterea actionem iniuriarum habet.
- Si seruus suo nomine iniuriam passus est, actionem suo nomine habet, idq; de iure recentiori.

X. Quot in utraq; specie, sint spectandæ circumstantiæ? IN IVDICIO de
- Leui, &
- Atroci

Iniuria, quatuor sunt circumstantiæ considerandæ:
- Factum.
- Locus.
- Persona.
- Pars corporis.

XI. Quæ pœnæ sint Iniuriæ? Pœna Iniuriæ IN
- Criminalibus actionibus, constat æstimatione Iudicis.
- Ciuilibus, constat
  - Aestimatione patientis.
  - Arbitrio iudicis.

DE OBLIGATIONIBVS, QVAE QVASI ex delicto nascuntur:

περὶ ἐνοχῶν ὡσανεὶ ἀπὸ ἁμαρτίας φυομένων.

TITVLVS V.

I. Quid sit? Quasi maleficium, uel delictum, est delictum, uel ex
- Imperitia, &
- Negligentia

Commissum, siue
- Dolo, &
- Culpa lata.

Tria sunt in hoc loco attendenda.

II. Qui peccet ex quasi delicto? ὑποθέσεις.

1. Iudex per imperitiam perperam pronuncians, peccat ex quasi delicto, & tenetur læso sarcire damnum, pro arbitrio alterius iudicis.
2. Inhabitator ædium interdum pro
   - Sua familia, &
   - Hospitibus.

   Ex quasi delicto tenetur: sed hac in re suæ concurrunt circumstantiæ.
3. Si quid ex ædibus uel cubiculo eijcitur, in eo casu, si quis occiditur, agi potest cōtra inhabitatorem, & tenetur is, de quinquaginta aureis loco pœnæ sed is econtra habet actionem contra delinquentem, de restitutione pœnæ solutæ.
4. Si quis ratione eiecti ex ædibus uel cubiculo læditur, ita ut mors non subsequatur, acsi potest contra inhabitatorem: & punitur is iuxta æstimatiōnē iudicis: Sed habet uicissim actionem contra delinquentem de restitutione pœnæ solutæ.
5. Si ratione eiecti non homo, sed res hominis læditur: agitur itidem contra inhabitatorem: & tenetur is in duplum damni. Sed habet uicissim actionem contra delinquentem de restitutione.
6. Si quid ex ædibus propendet, quod ratione itineris nocere potest: tenetur inhabitator de decem florenis ratione suspensi, etiamsi nemini nocuit.

A B 7. Si ex cubiculo filij familiâs seorsim à patre habitantis, ratione suspensi, uel proiecti peccatur, ibi solus filius tenetur.

8. Si filius familiâs, ratione sententiæ per imperitiam latæ peccauit, ibi solus filius tenetur sine patre.

9. Exercitor nauis, cauponæ uel stabuli nonnunquam pro cooperarijs, & pro receptis ex quasi delicto tenetur.

10. Si cooperarius exercitoris, uel receptus ab eo furtum aut dolum in naui, caupona uel stabulo committit: ibi contra exercitorem agitur, & tenetur is in duplum. Sed habet ille uicissim actionem contrà delinquentem de restitutione pœnæ solutæ.

III Qualis actio detur, & cui, & contra quem? In casu quasi delicti, datur actio in factum. Ea cōpetit patienti, & hæredi eius. Et datur contra delinquentes, de quibus antea, sed ultra non datur.

DE ACTIONIBVS.

περὶ ἀγωγῶν.

TITVLVS VI.

Totidem & hic discenda ueniunt.

I. Quæ sit Etymologia? VOCABVLVM actionis hoc loco, debet intelligi de formulis, uel { Litigandi. / Iure agendi. }

II. Quid sit? Talis autem actio est ius, persequendi in iudicio id, quod debetur.

III. In quibus consistat doctrina de actionibus? Doctrina de actionibus generaliter loquendo consistit in explicatione { Specierum, & Diuisionum. } Postea accedunt & alia quædam, ut explicationes de formâ libellorū in quālibet actione.

DE SPECIEBVS ACTIONVM.

Species actionum ualdè sunt multæ. Sed in hoc titulo, certarum tantum specierum fit mentio, pro conditione præsentis instituti. De speciebus autem, de quibus hîc dicitur, talis potest institui Catalogus.

Actio realis confessoria.	A. De partu agnoscendo.
Actio realis negatoria.	A. Mutui.
Act. Publiciana.	A. Commodati directa.
A. Recissoria.	A. Commodati contraria.
A. Iuratoria.	A. Ex stipulatu.
A. De corruptione Albi.	A. Mandati directa.
Actio patris contra filium.	A. Mandati contraria.
A. De oxemptione accusati.	A. Pro socio.
A. De causa liberali.	A. Ex empto.
A. De ingenuitate.	A. Ex uendito.

A. Actio locati.
A. Conducti.
A. Depositi directa.
A. Depositi contraria.
A. Furti.
A. Vi bonorum raptorum.
A. Legis Aquiliae.
A. Ad petendum relicta Ecclesiae, uel uenerabilibus locis.
A. Familiae hereiscundae.
A. Communi diuidundo.
A. Finium regundorum.
A. Serui corrupti.
A. Ex lege codictitia.
A. Ex lege condictitia, contra uiatores, uel executores litium plus iusto petentes.
A. De Calumnia.
A. Quod metus causa.
A. Tutelae directa.
A. Tutelae contraria.
A. Pignoratitia directa.
A. Pignoratitia contraria.
A. Aestimatoria.
A. De permutatione rerum.
A. De petitione haereditatis.
A. Ex stipulatu pro dote.
A. De dolo.
A. De eo quod certo loco dari oportet.
A. Ad exhibendum.

Extant & aliae species. Sed de illis alibi agitur. Hic satis est pro praesenti conditione, uel complexione loqui.

NOTA. *Pagina aduersa priore, post Actionem Recissoriam, sequi debebant illae:*

A. Paulina.
A. Seruiana.
A. Quasi Seruiana.
A. De pecunia constituta.
A. De peculio.

DE DIVISIONIBVS ACTIONVM generalibus.

Duo sunt loca hîc obseruandi.

- A. I. Διαιρέσεις, Diuisiones actionum, aliæ sunt
  - Generales, de quibus est primo loco dicendum. Diuisiones generales paulò plures reperiuntur. Sed hîc satis est pro cōditione præsentis tituli loqui. Actiones igitur
    - Aliæ sunt
      - Personales.
      - Reales. A.
      - His accedūt mixtæ quædā quæstiones.
    - Aliæ sunt
      - Ciuiles. B.
      - Prætoriæ. C.
    - Aliæ sunt
      - Præiudiciales. D.
      - Non præiudiciales.
    - Aliæ sunt
      - Pœnales. E.
      - Non pœnales. F.
      - Mixtæ. G.
    - Aliæ sunt in
      - Simplum. H.
      - Duplum. I.
      - Triplum. K.
      - Quadruplum. L.
    - Aliæ sunt
      - Bonæ fidei. M.
      - Stricti iuris. N.
    - Aliæ sunt
      - Arbitrariæ. O.
      - Non arbitrariæ.
    - Aliæ sunt persecutoriæ
      - In solidum.
      - In minus, uel
      - Pro cōditione facultatum. P.
    - Extāt & aliæ diuisiones. Sed de istis agitur partim in sequentibus titulis, partim in alijs Legum ciuiliū libris. Hæc uerò diuisiones sumptæ sunt ex diuersis locis. Eatenus manifestis constant differentijs.
      - Prima sumpta est ab obiectis.
      - Secunda ab efficientibus.
      - Tertia à statu, uel præiudicio hominum.
      - Quarta à fine.
      - Quinta à modo pœnæ.
      - Sexta à modo obligationis.
      - Septima ab arbitrijs iudicum.
      - Octaua à conditione uel quantitate solutionis.
  - Speciales.

Literarum notæ ostendunt, quæ subdiuisiones, ad quæ membra generalium actionum referendæ sint.

- B.
  - I. Personales autē actiones sunt, in quibus agitur contra aliquem, uel ratione
    - Contractus.
    - Quasi contractus.
    - Delicti.
    - Quasi delicti.
  - II. Reales actiones uocantur, quando agitur ratione rei nostræ.
  - III. Mixtæ hoc loco uocantur, quando concurrit mixtura quædam
    - Rei, uel
    - Personæ.
    - In actione.
  - IIII. Ciuiles uocantur, quæ ortæ sunt, uel à
    - Legibus.
    - Senatusconsultis.
    - Plebiscitis.
    - Principum placitis.
    - Responsis Iurisconsultorum.

A B

II. Διαιρισμοί.

V. Praetoriae uocantur, quarum origo dependet ab edictis, uel { Praetorum. | Aliorum quorundam magistratuum, quales erant Aediles.

VI. Praeiudiciales agunt, uel de { Statu hominis. | Capitis diminutione. } Et uocantur ita, quia est in illis maximum praeiudicium.

VI Poenales actiones uocantur: in quibus actor nihil aliud spectat, quàm ut infligatur poena propter aliquod delictum.

VIII. Actiones non poenales, aliâs uocatur persecutoriae rei. Et sunt actiones, in quibus actor id, quod { Sibi abest, & Reo adest, } Repetit, uel persequitur.

IX. Mixtae uocantur, in quibus { Res, & Poena } Petuntur simul.

X. Actiones in simplum uocantur, in quibus uel { Res ipsa, | Precium rei. } Petitur, & nihil amplius.

XI. Actiones in duplum, ubi duplum rei praestandum est. Ex his iudicari potest, de actionibus in triplum, & quadruplum.

XII. Actiones bonae fidei dicuntur ita, ratione { Fidei, & Aequitatis } In contractu debitae, etiamsi non fuit inter contrahendum nuncupatum.

XIII. Actiones stricti iuris dicuntur ita, ratione contractus, qui fuit stricte, iuxta { Nūcupata, uel Conuenta } Obseruandus.

XIIII. Arbitrariae uocantur, in quibus permittitur iudici, condemnare reum, { Pro arbitrio ipsius, & | Secundum interesse actoris.

XV. Actiones persecutoriae in solidum sunt: quando hoc agitur: ut reus soluat totū, quod debet.

DE DIVISIONIBVS SPECIALIBVS.

A. Actiones reales, aliae sunt de re { Corporali. | Incorporali. Atq; hae sunt, uel { Confessoriae. | Negatoriae.

B. Actionum ciuilium, aliae sunt { Reales. | Personales. } De illis dictum est in prima diuisione generali.

A

A

- C. Actionum Praetoriarum, aliae sunt
  - Personales. Harum species multae sunt. Sed hic tres potissimum recensentur. Actio de
    - De pecunia constituta.
    - De peculio.
    - Iuratoria.
  - Reales: quarum aliae sunt
    - Poenales. Harum species sunt, Actio
      - De corruptione albi.
      - Patris, contra filium.
      - De exemptione accusati.
      - Sed concurrũt aliae nõ paucae, de quibus alibi dici solet
    - Non poenales. Sunt & harum species praecipuae
      - Publiciana.
      - Rescissoria.
      - Pauliana.
      - Seruiana.
      - Quasi Seruiana.
- D. Praeiudicialium actionũ aliae sunt
  - Ciuiles: quarum species est actio de liberali causa.
  - Praetoriae: quarum species sunt. Actio de
    - Ingenuitate.
    - Partu agnoscendo.
- E. Poenalium species sunt: Actio furti, cum alijs quibusdam.
- F. Non poenalium species sunt, Actio
  - Mutui.
  - Commodati.
  - Ex stipulatu.
  - Mandati.
  - Pro socio,
  - Ex empto.
  - Locati.
    - De non poenalibus recitatur etiam haec diuisio. Aliae sunt
      - Personales.
      - Reales.
  - Depositi uoluntarij. Huc referuntur omnes actiones reales.
- G. Mixtarum species sunt: Actio
  - Vi bonorum raptorum.
  - Legis Aquiliae.
  - Ad petendum relicta Ecclesiae, uel uenerabilibus locis.
  - Depositi necessarij.
- H. Actionum in simplum, species sunt: Actio
  - De stipulatu.
  - Mutui.
  - Ex empto.
  - Locati.
  - Mandati.
- I. Actionum in duplum species sunt: Actio
  - Furti non manifesti.
  - Legis Aquiliae.
  - Depositi necessarij.
  - Serui corrupti.
  - Ad petendum relicta uenerabilibus locis.
- K. Actionum in triplum species est actio ex L. condictitia.
- L. Actionum in quadruplum species sunt: Actio
  - Furti manifesti.
  - De calumnia.
  - Ex L. condictitia contra uiatores seu executores litium plus iusto petentes à reis.
  - Quòd metus causa.

A

(Margin: Hae specialis diuisionum notatae sunt his literis: — refers to F–L)

A

- M. *Actionum bonæ fidei species sunt: Actio*
  - *Ex empto.*
  - *Ex uendito.*
  - *Locati.*
  - *Conducti.*
  - *Negociorum gestorum.*
  - *Mandati.*
  - *Depositi necessarij.*
  - *Pro socio.*
  - *Tutelæ.*
  - *Commodati.*
  - *Pignoratitia.*
  - *Familiæ herciscundæ.*
  - *Communi diuidundo.*
  - *Aestimatoria.*
  - *De permutatione rerum.*
  - *De petitione hæreditatis.*
  - *Ex stipulatu pro dote.*
- N. *Actionum stricti iuris species sunt reliquæ actiones in priore catalogo non expressæ.*
- O. *Actionum arbitrariarum species sunt: Actio*
  - *Publiciana.*
  - *Seruiana.* *Quasi Seruiana.*
  - *Quo ui, aut metus causa.*
  - *De dolo.*
  - *De eo, quod certo loco dari oportet*
  - *Ad exhibendum.*
- P. *Actionum persecutoriarum, pro conditione facultatum, exempla sunt in actionibus*
  - *De peculio filij.*
  - *De dote.*
  - *In conuento parente.*
  - *In conuento socio.*
  - *In conuento donatore.*
  - *In casu compensationis.*
  - *In cessione bonorum.*

DESCRIPTIONES SPECIERVM Actionis.

Quibus quæ actiones competãt: demonstrãt hypotheses insequentes:

- *Actio realis Confessoria competit, uel*
  - *Possidentibus, uel*
  - *Nõ possidentibus*
  - *Rem, sed uindicantibus. Et in illa dico rem istam mei iuris esse, & me eius dominum esse.*
- *Actio realis negatoria, competit illis, qui alteri ius seruitutis in prædio permittere nõ uolunt. In ista dico te non habere seruitutem prædij mei.*
- *Actio Publiciana competit illi, qui rem aliquam usucapere cœpit, sed amisit illam casu. Iste igitur potest eam uendicare, uel repetere per Publicianam. Est actio Prætoria realis, & non pœnalis. Item Arbitraria.*
- *Recissoria competit illi, qui cœpit rem aliquã usucapere, sed non perfecit: ita ut eadem postea sit ab alio perfecte usucapta. Talis igitur res repeti, uel uindicari potest, à uero domino per Recissoriam: ita ut petat rescindi alterius usucapionem. Sed ad eam actionem habendã quatuor requiruntur: Nempe, ut*
  - 1. *Vsucapiens, uel*
    - *Absuerit Reip. causa.*
    - *Fuerit captus apud hostes.*
  - 2. *Sit reuersus.*
  - 3. *Actor intra annũ utilẽ proponat.*
  - 4. *Petat rescissionem usucapionis. Est autẽ actio Prætoria realis, nõ pœnalis.*
- *Paulina competit creditori, in res debitoris alienatas, in fraudem creditoris. Eatenus potest creditor persequi res debitoris alienatas per Paulinam. Est actio Prætoria realis, non pœnalis.*

A

Seruiana

A

Seruiana competit locatori in res conductoris ad habendam pensionem locati. Locator igitur potest persequi res conductoris { In fraudem alienatas. / Extra ædes abductas. } Est actio Prætoria realis, nõ pœnalis. Item, arbitraria.

Quasi Seruiana competit creditori in { Pignus, uel / Hypothecam } à debitore ab alienatã. Eatenus licet creditori persequi { Pignus, uel / Hypothecam } Traditã ipsi à debitore: sed postea alienatã in fraudẽ creditoris. Eadẽ aliâs uocatur etiam { Pignoratitia. / Hypothecaria. } Est actio Prætoria realis, nõ pœnalis. Item arbitraria.

Actio de pecunia constituta, competit illi, cui est solutio rei nudo pacto promissa. Talis solutio potest peti per hanc actionem. Est actio prætoria personalis.

Actio de peculio, competit illi, qui contraxit cũ alterius filio habẽte peculium profectitium. In tali casu, institui potest actio contra patrem. Et tenetur pater pro uiribus istius peculij. Est actio Prætoria personalis.

Actio iuratoria, competit creditori post iuramentum de debito factum contra debitorem. Ita creditor ratione iuramenti persequi potest debitorem per actionem iuratoriam. Concurrunt autem gradus aliqui in eadẽ de quibus doctores sunt uidendi. Est actio Prætoria personalis.

Actio de corruptione albi, datur in illum, qui corrupit tabulas Prætoris. Est Prætoria pœnalis.

Actio Patris contra filium, competit patri contra filium: qui patrem in ius sine uenia uocauit. Est Prætoria pœnalis.

Quæ actiones, quibus cõpetant:

Actio de exemptione accusati, competit isti, qui alium in ius uocauit, sed coactus est pati, ut accusatus sui, uel dolo ex iudicio eximeretur. Et datur ea contra istum, qui accusatum eo modo ex iudicio exemit. Est prætoria pœnalis.

Actio de causa liberali dabatur olim, in casu { Disputationis, uel / Controuersiæ: } De alicuius, uel { Libertate, & / Seruitute. } Est actio { Ciuilis, & / Præiudicialis. }

Actio de ingenuitate, dabatur olim in casu { Disputationis, uel / Controuersiæ. } De alicuius, uel { Ingenuitate. / Libertinitate. } Ea est { Prætoria. / Præiudicialis. }

Actio de partu agnoscendo, competit in controuersia, de alicuius, uel { Familia. / Patria potestate. } Est & { Prætoria. / Præiudicialis. }

Actio mutui, datur mutuanti contra mutuatarium. Est persecutoria rei, non pœnalis.

Actio commodati directa, datur commodatori contra commodatarium. Est Persecutoria rei, non pœnalis. Et bonæ fidei.

Actio commodati contraria, datur commodatario contra commodatorem. Est non pœnalis.

Actio ex stipulatu, competit in casu factæ stipulationis. Est persecutoria rei, non pœnalis.

Actio mandati directa, competit mandanti, eiusq; hæredi, cõtra mandatarium in casu rei non rectẽ administratæ. Est non pœnalis: Et bonæ fidei.

Actio mandati contraria, competit mandatario, & hæredi eius, contra mandatorem. Est non pœnalis.

A

Actio

A *Actio pro socio, competit socio contra socium, in casu rei non rectæ administratæ. Est non pœnalis. Et bonæ fidei.*

Actio empti, competit emptori, contra uenditorem cessantem in traditione rei. Est persecutoria rei, non pœnalis. Et bonæ fidei.

Actio uenditi competit uenditori contra emptorem, non soluentem precium: Est persecutoria rei, non pœnalis Et bonæ fidei.

Actio locati datur locatori contra conductorem ad petendam mercedem. Est persecutoria rei, non pœnalis. Et bonæ fidei.

Actio conducti datur conductori, contra locatorem, ad petendum ea, de quibus est conuentum: Est persecutoria rei, non pœnalis Et bonæ fidei.

Actio depositi directa datur depositori contra depositarium & hæredes eius. In deposito
- *Voluntario,*
- *Necessario,*

Est
- *Non pœnalis.*
- *Mixta.*

Actio depositi contraria datur depositario, & hæredibus eius contra depositorem. Est non pœnalis, & bonæ fidei idq; in deposito necessario.

Actio furti datur in casu furti manifesti & competit ei, cuius interest furtum factum non fuisse, contra furem. Est pœnalis Olim erat pœnalis in pecuniam, nunc est pœnalis in corpus.

Actio ui bonorum raptorum datur in casu factæ rapinæ & competit ei, cuius interest rapinam factam nō fuisse, idq; contra raptorem. Est mixta uidelicet
- *Persecutoria rei,*
- *&*
- *Pœnalis,*

Simul. Et quidem
- *Persecutoria ad restitutionem rei raptæ.*
- *Pœnalis uerò, ad triplum secundū ius uetus.*

Actio Legis Aquiliæ datur in casu damni: & competit illi, cuius interest damnum datum non fuisse, idq; cōtra authorem damni. In
- *Confitente, est persecutoria rei tantum, & non pœnalis.*
- *Inficiante, est mixta:*
  - *Persecutoria quidem, ad restitutionem damni.*
  - *Pœnalis uerò, ad multam damni precio æquipollentem.*

Actio ad petendum relicta Ecclesiæ, uel uenerabilibus locis, datur in casu taliū relictorum: quatenus non præstantur. Persec est in simplum. Sed fit actio in duplum in casu
- *Inficiationis,*
- *Dilationis,*
- *Latæ sententiæ.*

Eatenus est, &
- *Persecutoria ad exhibitionem relicti.*
- *Pœnalis, ad tantundem precij.*

Actio familiæ herciscundæ, competit hæredi contra cohæredem ad petendam diuisionem totius hæreditatis, quæ est communis. Est
- *Realis, &*
- *Personalis simul.*
- *Et bonæ fidei.*

Actio communi diuidundo competit in casu diuisionis rei particularis, quæ tamen est communis. Est bonæ fidei.

Actio

A

Actio finium regundorum competit uicino, contra uicinum possessorem, in
Diuidendis, uel
Constituendis
Finibus agrorum coniunctorum. Est stricti iuris.

Actio serui corrupti datur domino serui contra
Seductorem,
&
Corruptore
Serui. Est pœnalis in duplum. Et fit in ea persecutio
Corruptoris, et
Rerum à seruo ablatarum.

Actio ex lege condictitia, competit contra eum, qui in libello suo, maiorem, quam oportuit, summã scripsit, ut nuncij iudicum tanto maius præmium exigerent. Est pœnalis in triplum.

Actio ex lege condictitia contra uiatores, uel executores litium plus iusto petentes, datur ei, à quo plus petitur, contra illos uiatores tale aliquid petentes. Et est actio in quadruplum.

Actio de calumnia competit ei, qui est calumnia adfectus, contra illum, qui pecuniam recepit ab alio, ut calumniaretur. Et est actio in quadruplum.

Actio quod metus causa competit contra illum, qui rem meam à me extorsit ratione metus: qualis in constantem uirum cadere potest. Per se est simpli: sed fit quadrupli, quatenus reus iubenti iudici non paret. Est etiam arbitraria.

Actio tutelæ directa datur pupillo, contra tutorem in casu tutelæ, non recte administratæ. Est bonæ fidei.

Actio tutelæ contraria competit tutori contra pupillum ad petendum ea, quæ exposuit in utilitatẽ pupilli ex suis bonis. Est bonæ fidei.

Actio pignoraticia directa, datur debitori contra creditorem non reddentem pignus, post factam solutionem. Est bonæ fidei.

Actio pignoratitia contraria competit creditori contra debitorem pro expensis factis in pignore conseruando. Est bonæ fidei.

Actio æstimatoria datur ei, qui rem suam æstimauit, & tradidit illam alteri diuendendam, cum conditione, ut restituatur, uel
Res, uel
Aestimatio.
Et competit ea contra illum, cui tradita fuit uendenda, in casu rei non rectæ administratæ. Est bonæ fidei.

Actio de permutatione rerum, competit illi, qui in contractu permutationis, rem suam tradidit, contra alterum cessantem in traditione. Est bonæ fidei.

Actio de petitione hæreditatis, competit uero hæredi cõtra eum, qui possidet uel
Hæreditatem, uel
Res hæreditarias:
Pro
Hærede,
uel
Bonorum possessore.
Est bonæ fidei.

Actio ex stipulatu pro dote, competit &
Marito, ad petendam dotem.
Vxori, uel patri eius, ad petendam restitutionem dotis.
Est bonæ fidei.

Actio de dolo, competit decepto contra
Dolosum.
Eum, qui commisit dolum
Est arbitraria.

Actio de eo, quod certo loco dari oportet, competit ei, cui promissa est solutio ad certum locum, contra eum, qui cessat in solutione. Est arbitraria.

Actio ad exhibendum, competit illi, cuius interest rem aliquam exhiberi, contra illum, qui habet, & tenetur rem illam exhibere. Est arbitraria.

DE FOR

DE FORMA LIBELLORVM.

In singulis actionibus uidendum est, ut seruetur iustus, & legitimus processus. Et in hoc ipso, libellorum etiam est ratio habenda. Sed obseruari debent haec duo:

I. *Quid sit? Libellus hoc loco debet intelligi de scripto, quo actor* — *Actionē, & Causam* — *Suam exponit.*

II. *Quot sint illius formae? Libellorum multae, & diuersae sunt species. Sed de his uidendae sunt peculiares doctorum, & practicorum descriptiones.*

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA POTEstate est, gestum esse dicitur.

ΠΕΡΙ ΠΕΚΟΥΥΙΟΝ.

TITVLVS VII.

DE ACTIONIBVS IN DOMINVM RATIONE SERVI.

Trahic debet obseruari.

I. *Quot sint harum species? Ratione serui dantur interdum actiones quaedam in dominum. Actionum in dominum, ratione serui, sex sunt species:*
- *Quod iussu.*
- *Exercitatoria.*
- *Institoria.*
- *Tributoria.*
- *De in rem uerso.*
- *De peculio.*

Hae ipsae uerò referri solent ad actiones praetorias.

II. *Quae, in quo casu detur?*

1. *Actio, Quod iussu, datur in casu, quando quis cōtraxit cum seruo agente ex iussu domini. Et datur contrahenti contra dominum ad petendam rem istam, quae est in contractum deducta. Sed tenetur actor probare, quod iussu domini tradiderit. Eo probato, tenetur dominus de solutione in solidum.*

2. *Actio exercitatoria, datur in casu, quando quis cū magistro nauis contraxit in rebus ad nauis utilitatem pertinentibus. Ac competit illa contrahenti, contra exercitorem nauis, ad petendum debitum ab exercitore. Sed tenetur actor probare quòd rem suam contulerit in usum nauis. Eatenus tenetur exercitor de solutionē in solidum,*

3. *Actio institoria datur, quando quis contraxit cum institore in rebus ad utilitatem tabernae, uel negociationis pertinentibus. Et competit contrahenti in dominum institoris ad petendum debitum ab ipso. Sed tenetur actor probare, quòd rem suam cōtulerit in usum tabernae, uel negociationis. Eatenus tenetur dominus institoris de solutione in solidum.*

4. *Actio tributoria datur, quando quis serui sui peculium non rectè distribuit inter creditores. Et competit ei, qui se defraudatum putat, contra dominum distribuentē.*

5. *Actio de in rem uerso datur: quando quis contraxit cum seruo alicuius, ita ut seruus uerterit rem illam in contractum deductum in utilitatem domini. Et competit illa contrahenti contra dominum. Sed tenetur actor probare, quod seruus rem contractus uerterit in rem domini.*

6. *Actio de peculio datur, quando quis contraxit cum seruo, ita ut res non uertatur in utilitatem domini. Et competit contrahenti contra dominum. Sed in hoc casu, semper ante deducitur id, quod seruus domino, uel alijs sub eiusdem domini potestate cōstitutis debet, excepto seruo uicario; cuius debitum non uenit in deductionem praeeuntem.*

III. Quae

A

A

III. Quæ ὑποθέσεις: Habēs actionem, uel { Quod iussum, Exercitatoriam, Institoriam, } Potest etiam agere de { In rē uerso, uel de Peculio. } Sed uidendū semper est, utra sit pro conditione sui cuiuslibet negocij facilior, & utilior.

DE ACTIONIBVS IN PATREM, ratione filij.

Ratione filij, dantur interdum actiones in patrē. Ex his præcipuæ hoc loco sunt, { Quod iussu, & De in rem uerso. } Huc pertinent etiā { Exercitatoria, & Institoria. } Quatenus filius est, uel { Exercitor nauis paternæ. Institor patris. }

In hoc uerò actionum illarum casu, eadem est ratio, quæ fuit in præcedentibus.

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS: Περὶ βλαβερᾶς ἀγωγῆς.

TITVLVS VIII.

Quatuor in hoc titulo sunt cognoscenda. {

I. Quottuplices sint: Actiones aliæ sunt { Noxales. Noxaliū species sunt, Actio { Furti non manifesti, Legis Aquiliæ. Iniuriarum. Vi bonorū raptorū } Ex his, duæ { Priores, sunt Ciuiles. Posteriores, sunt Prætoriæ. } Non noxales. }

II. Quando dentur: Actiones Noxales dantur, quando seruus commisit, uel { Delictum. Quasi delictum. }

Cui competant: Eæ competunt cuilibet, excepto domino serui noxam committentis.

IIII. Contra quem: Et competunt contra illum, qui autorem noxæ possidet. In eo casu teneatur dominus, uel { De solutione damni. De serui deditione. }

}

In Noxalibus actionibus, est aliquid, quod magis de ueteri, quàm de recentiori iure ualet.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE dicatur: Ἐὰν τὸ τετράποδον ζημίαν ποιῆσαι λέγεται. Hoc est, DE ACTIONIBVS IN CASV DAMNI à quadrupede dati.

TITVLVS IX.

I. Quæ species: In casu damni à quadrupede dati, concurrunt aliquæ actiones. Earum species sunt, Actio { De pauperie. Aedilitia. }

A

Sex in hoc titulo sunt considerationc digna.

II. *Quando detur? Actio de pauperie datur, quando quadrupes præter natiuam sui generis consuetudinem damnum dedit.*

III. *Cui competat? Et competit læso contra dominū quadrupedis. Ac tenetur dominus, uel de*
- *Solutione damni.*
- *Quadrupedis dnditione.*

IIII. *Quæ hypothesis? Si uerò damnū illud datur, uel à*
- *Fera fugiente à domino.*
- *Quadrupede, habente talem, ratione generis sui, naturā,*

Ibi nec
- *Dominus tenetur.*
- *Agi potest contra dominum.*

V. *Quando detur Actio Aedilitia? Actio ædilitia competit, quando damnum datur ab animali fero constituto in publico loco.*

VI. *Cui competat? Et competit læso contra dominum feræ. Tenetur autē dominus pro conditione damni.*

DE HIS, PER QVOS AGERE POSSVMVS:

περὶ ὧν τὰς ἀγωγὰς κοινῶν δυνάμεθα;

Hoc est,

DE PERSONIS ACTORVM.

TITVLVS X.

Ερωτήματα huius tituli sunt quinq;.

I. *Quis in iudicio possit agere? Agere potest in iudicio quilibet, uel per*
- *Se.*
- *procuratorem.*

II. *Quis sit procurator? Procurator uocatur, cui causa, uel*
- *Agēda, uel*
- *Defendenda*

Committitur.

III. *Quid in eo requiratur? Vt sit ad procurationem habilis, uel idoneus.*

IIII. *Qui à Procuratione excludantur? A Procuratione excluduntur,*
- *Miles.*
- *Fœmina.*
- *Minor uiginti quinq; annis.*
- *Furiosus.*
- *Mutus.*
- *Accusatus de crimine.*
- *Habens impedimentum: propter quod non possit cogi.*

Hi igitur Procuratores esse ante litem contestatam non possunt. Sed post contestationem litis, datur aliquibus nonnihil loci.

V. *Quomodo fiat Procuratoris constitutio? Procuratoris constitutio non habet opus peculiari: uel*
- *Verborum, uel*
- *Aliarum rerum*

Solennitate. Sed potest fieri quocunq; modo.

DE SATISDATIONIBVS:

περὶ Ἱκανοδοσιῶν.

TITVLVS XI.

I. *Quid sit? Satisdatio est exhibitio eius, quod potest esse loco, uel*
- *Cautionis.*
- *Securitatis.*

A

A

Quatuor hic sunt notanda.

- II. Quot eius sint modi? Modi Satisdationis hoc loco tres recensentur:
  - Iuratoria.
  - Fideiussoria.
  - Promissoria.
  - Sed uariant modi, pro ratione personarum.
- III. Quot species? Species satisdationis, quo ad materiam, uariæ sunt: ex quibus hoc loco recitari solent,
  - Satisdatio de lite persequenda.
  - De iudicati solutione.
  - De rato.
  - De dolo non committendo.
- IIII. Quæ hypotheses?
  - 1. In Satisdationibus uariatur nonnihil pro conditione personarum.
  - 2. Iure ueteri, & Actor / Reus, De Satisdatione tenebantur: & erant additæ circumstantiæ quædam. Sed illæ nunc sunt abrogatæ.
  - 3. Iure recentiori, reus suo nomine conuentus, uel seipsum coràm defendens, siue sit Actio Personalis / Realis. Tantum Satisdare de lite ad finem usq; persequenda tenetur. De iudicato uerò soluendo satisdare non tenetur.
  - 4. Reo absente, licet alij etiam sine mandato rei partes eius subire. Sed in tali casu opus est Satisdatione de
    - Defendendo causam.
    - Dolo non committendo.
    - Iudicati solutione.
  - 5. Procuratores actorum tenentur præcipuè de Satisdatione rati. Sed concurrunt circumstantiæ quædam:
    - Si constat, quod habeant mandatum ab actore, nō tenentur de cautione præstanda.
    - Si dubitatur, iam tenentur, uel
      - Probare mandatum.
      - Cautionem rati præstare.
    - Si constat, eos non habere, agere prorsus nō possunt, etiamsi satisdare de rato uelint.
  - 6. Illustris, & priuilegiata persona satisdat per nudam promissionem. Reliquæ uerò satisdant, uel per
    - Fideiussores.
    - Cautionem Iuratoriam.

DE PERPETVIS, & TEMPORALIBVS ACTIOnibus: & quæ ad hæredes, & contra hæredes transeunt.

Περὶ διηνεκῶν, καὶ προσκαίρων ἀγωγῶν, καὶ τῶν πρὸς τοὺς κληρονόμους, ἢ ἐν τοῖς κληρονόμοις διαβαινουσῶν.

TITVLVS XII.

In hoc titulo obseruandæ sunt

- I. DIVISIONES. Actiones, aliæ sunt
  - Temporales. Vocantur autem Temporales, quæ non diù durant. Et solet hæc appellatio ad annuas potissimùm referri.
  - Perpetuæ, quæ paulò diutius durant: ut possint aliquandiu ad annos paulò plures differri.
  - Annuæ. Annuarū species sunt omnes actiones Prætoriæ pœnales. Sed excipiuntur, Actio
    - Furti manifesti.
    - Pro bonorum possessore.
    - Pro eo, qui est loco hæredis.
    - Quia istæ sunt perpetuæ.

A — B

- II. SVBDIVISIONES. Item, aliæ sunt
  - *Triennales. Actionum triennalium species sunt: actiones Ciuiles reales, de re mobili.*
  - Decennales. Decennalium species sunt actiones Ciuiles reales, de re immobili, inter præsentes.
  - Viginti annorum, quarum species sunt actiones Ciuiles reales: de re immobili inter absentes: quatenus tamen possessor titulum habet.
  - Triginta annorum, quarum species sunt actiones Ciuiles
    - Reales, de re immobili, inter absentes. quatenus possessor non habet titulum.
    - Personales, non habentes determinatum tempus.

DE TRANSITORIIS, ET NON transitorijs.

Hoc in loco duo sunt spectanda.

- I. DIVISIO. Actiones aliæ sunt
  - Transitoriæ, quæ ad hæredes transeunt.
  - Non transitoriæ, quæ è contra se habent.
- II. SVBDIVISIO. Nã
  - Transitoriarum species sunt, actiones
    - Reales,
    - Personales,
    - Ex
      - Contractibus, uel
      - Quasi cõtractibus
    - Prouenientes.
  - Nõ transitoriarum species sunt, actiones pœnales. Sed hic concurrunt aliquæ circumstantiæ. Et habent se illæ hoc modo:
    - 1. Actiones pœnales descendentes ex maleficijs publicis, non dantur contra hæredes rei, nec ante, nec post litem contestatam. Sed excipiuntur crimen
      - Hæreseos.
      - L. Iuliæ Maiestatis.
      - L. Iuliæ repetundarum.
      - L. Iuliæ de residuis.
      - L. Iuliæ peculatus.
    - 2. Actiones pœnales descendentes ex maleficijs priuatis:
      - Si lis nõ est cum reo defuncto contestata, non competunt cõtra hæredes defuncti.
      - Si est contestata cum defuncto, iam tum competunt contra eos. Idem ualet, si qvid ex ijs maleficijs peruenit ad hæredes: excepta tamen actione
        - Vi bonorũ raptorum.
        - Interdicto unde ui.
    - 3. Actiones descendentes ex contractu dolosé inito:
      - Si quid ex eo ad hæredes peruenit, transeunt ad hæredes.
      - Si nihil non transeunt.
    - 4. Actiones pœnales competentes defunctis, competunt etiam hæredibus eorum, excepta actione iniuriarum.
    - 5. Actio iniuriarũ:
      - Lite contestata, competit hæredi.
      - Non contestata, non competit.

DE TRANSA-

DE TRANSACTIONE REI.

Hypotheses.
- Reus timens diffamationem, & pœnam ex futura sententia, potest ante sententiam cum actore priuatim transigere.
- In eo casu, si sit transactio priuata, non opus est obseruatione iudicij, & euadit reus diffamationem, & pœnam.

DE EXCEPTIONIBVS.

Περὶ παραγραφῆς.

TITVLVS XIII.

Quæstiones huius tituli sunt sex:

- I. Quid sit? Exceptio est responsio rei, uel accusati, constans, uel
  - Excusatione.
  - Declinatione.
- II. Quot illius sint species? Species exceptionum multæ sunt, sed hic recensentur octo: Exceptio
  1. Quod metus causa.
  2. Doli.
  3. In factum.
  4. Non numeratæ pecuniæ.
  5. Pacti conuenti.
  6. Iurisiurandi.
  7. Rei iudicatæ.
  8. Incompetentis procuratoris.
- III. Quomodo differant?
  - Ex illis uerò exceptionibus, aliæ sunt
    - Temporales. Rursus harum species sunt:
      - Exceptio pacti conuenti, de non agendo, intra certum tempus.
      - Exceptio incompetentis procuratoris.
    - Perpetuæ, quarum species sunt, Exceptio
      - Doli mali,
      - Quod metus causa.
      - Pacti conuenti de pecunia omnino non petenda.
  - Item, aliæ sunt
    - Ciuiles.
    - Prætoriæ.
- IIII. Quomodo aliàs uocentur?
  - Temporales / Perpetuæ — Aliàs uocantur
    - Dilatoriæ. Eæ constant certa temporis limitatione. Et ratione istius temporis ualent ad principalem causam, uel
      - Perimendam.
      - Differentiam.
    - Peremptoriæ. Eæ carent temporis limitatione, durant perpetuò: possunt opponi quouis tempore, & semper sunt efficaces ad principalem causam perimendam.
- Quòd metus causa, competit, quando quis promisit aliquid, sed ratione metus: & non ex spontanea uoluntate. Eatenus qui promisit aliquid eo modo, si conuenitur de promisso præstando, excusare se per hanc exceptionem potest.
- Doli competit, quando quis promisit aliquid, sed circumuentus dolo. Eatenus potest hac exceptione uti.
- In factum competit, quando quis promisit aliquid, sed ex errore.

A B

A B

V. Quibus competant, & quando dentur? Exceptio

- Non numeratæ pecuniæ datur, quando quis promisit aliquid, sed cū conditione numerationis ab altero præstandæ. Ea si non est subsecuta, opponi potest illa exceptio.
- Pacti conuenti datur, quando quis promisit aliquid, sed cum pacto de non petendo.
- Iurisiurandi competit, quando reus antea iurauit se non obligari.
- Rei iudicatæ datur, quando reus antea est ab ea lite in iudicio absolutus.
- Incompetentis procuratoris competit, quando procurator actoris, non est ad procurandum idoneus.

VI. Quare inuentæ sint? Exceptiones inuentæ sunt propter reorum in certis casibus defensionem. Ea de causa solent à doctoribus ARMA REORVM uocari.

DE REPLICATIONIBVS.

Περὶ ἀναπλοκῶν.

TITVLVS XIIII.

In Iudicijs forensibus, fiunt interdum

- Replicationes. Est autem Replicatio redintegratio actionis contra { Exceptionem / Responsionē } Rei.
- Duplicationes. Duplicatio est responsio rei contra aplicationem actoris.
- Triplicationes. Triplicatio est redintegratio actoris contra duplicationem rei.
- Quadruplicationes, quæ sunt responsiones rei contra triplicationem actoris.

DE EXCEPTIONIBVS FIDEIVSSORVM.

Ὑποθέσεις hic sunt tres:

1. Fideiussores habent alicubi exceptiones cum debitoribus principalibus communes: alicubi non habent.
2. In promissis cum { Conditione, / Pacto de non petendo. } Habet Fideiussor communem cum debitore principali exceptionem. Eatenus si principalis cum pacto de non petendo: ibi fideiussor conuentus ab acto re excusare se potest per actionem pacti conuenti.
3. Debitor principalis cedens bonis, habet exceptionem, ne conueniatur in plus, quàm facere potest. Sed fideiussor eius non habet hanc exceptionem.

DE INTERDICTIS.

Περὶ τῶν διαλέξεων.

TITVLVS XV.

1. De quibus intelligatur? INTERDICTVM hoc loco debet intelligi de actionibus ortis ex ueteribus quibusdam edictis: Interdum alibi de solo edicto usurpatur.

PROHIBITORIA, quorum species quatuor sunt: ne

- Vis fiat misso in possessionem.
- Vis fiat inferenti mortuum, quo ius erat inferendi.
- In loco sacro fiat, quod sit in eius deformitatem.
- Quid fiat in { Flumine publico, / Ripa } Quo ledatur nauigatio.

A B

Quinque

A B

Quinque hic sunt spectāda.

- II. Quot-tuplicia sint?
  - Interdicta alia sunt
    - RESTITVTORIA, quorum species sunt, Interdictum
      - Quorum bonorum.
      - Vnde ui.
    - EXHIBITORIA, quorum species sunt, interdictum de
      - Libero homine exhibendo.
      - Liberis exhibendis.
      - Liberto exhibendo.
  - Rursus alia sunt
    - ADIPISCENDAE possessionis. Et illorum species sunt duæ: Interdictum
      - Quorum bonorum.
      - Saluianum.
    - RETINENDAE. Species autem retinendæ possessionis sunt
      - Vti possidetis.
      - Vtrubi.
    - RECVPERANDAE, quorum species est unde ui.
  - Item, alia sunt
    - SIMPLICIA Interdictorū simplicium species sunt,
      - Restitutoria, Exhibitoria — Omnia.
      - Probibitoria duo scil. ne quid
        - In sacro loco
        - uel in Flumine, uel Ripa
        - — fiat.
    - DVPLICIA. Et horum species sunt
      - Vti possidetis.
      - Vtrubi.
- III. Cur ita uocentur?
  - Prohibitiua uocantur, quia oriuntur ex edictis prohibentibus aliquid fieri.
  - Restitutoria uocantur, quia oriuntur ex edictis iubentibus restitutionem.
  - Exhibitoria uocantur, quia oriuntur ex edictis iubentibus aliquid exhiberi.
  - Interdicta adipiscendæ possessionis uocantur ita, quia in illis agitur de adipiscenda rei possessione, quam nec
    - Habuimus.
    - Habemus.
  - Interdicta retinendæ possessionis uocantur ita: quia in illis mota quæstione, uel controuersia de possessione, & utroque contendente, quod sit possessor, occiditur, uter debeat possessionem retinere.
  - Interdicta recuperandæ possessionis uocantur ita: quia in illis spoliatus possessione, agit contra possidentem de restitutione possessionis.
  - Interdicta simplicia dicuntur, in quibus distincte apparet, Quis sit
    - Actor.
    - Reus.
  - Interdicta duplicia, uocantur ita, quia in illis
    - Actoris.
    - Reus.
    - — Nomina, uel officia confunduntur.
- Interdictum, quorum bonorum competit hæredi contra possidentem res hæreditaria pro
  - Hærede.
  - Possessore.
- Vnde ui competit spoliato possessione, contra possidentem ad petendā possessionis restitutionem.
- Saluianum competit domino fundi contra possessionem rerum coloni fundo illatarū.

A B

A B

- *Quibus competant?*
  - *Vti possidetis competit, quando contenditur de proprietate rei immobilis: ita ut uterque contendat, se possessorem esse. In tali debet Iudex discutere, uter* { *Petitoris,* / *& uter* / *Possessoris* } Personam gerat.
  - *Vtrubi competit, quando contenditur de proprietate rei mobilis: ita, ut uterque contendat se possessorem esse. In isto casu, idem discutere iudex debet.*
- V. *Quæ cognatæ?* *Cum interdictis cognata est actio in factum. Et illa ipsa hodie, loco interdictorum usurpatur.*

DE POSSESSIONIBVS.

Duo in hoc loco occurrũt quæ considerari debent.

- I. *Quot sint modi?* *Possessionis tres sunt modi: Per*
  - *Se. —*
  - *Alium.*
  - *Animum redeundi ad possessionem*
  - *Possidens uno aliquo istorum modorũ, uere possidere intelligitur.*
- II. *Quæ hypotheses considerentur?*
  - *Possidens præ petente cõmoda quædam in re possessa habet, in quibus unum hoc est quòd tamdiu possidet, donec actor probet suam illam rem esse.*
  - *Quando duo contendunt de possessione: ibi ille uincit, qui tempore litis contestatæ possidet rem, idq; nec*
    - *Vi.*
    - *Clàm.*
    - *Precariò ab aduersario.*
  - *Eijciens aliquem è possessione,*
    - *Si res est eijcientis, amittit dominium rei.*
    - *Si uerò res est eiecti, tenetur de* { *Restitutione,* / *&* / *Aestimatione* } *Rei.*

DE POENA TEMERE' LITIGANTIVM.

περὶ τιμωρίας, καὶ φόβου τῶν δικαζομένων.

TITVLVS XVI.

Quatuor sunt huius tituli ζητήματα.

- I. *Quid sint?* *Temerè litigantes dicuntur ij, qui sine iusta causa, litem, uel*
  - *Inferunt.*
  - *Suscipiunt.*
- II. *Quot eorum sint gradus?* *Pœnarum temerè litigantium tres sunt gradus:*
  - *Pœna pecuniaria.*
  - *Crimen periurij.*
  - *Infamia.*
- III. *In quibus locum habeat?*
  - *Pœna pecuniaria, temerariæ litis locum habet in omnibus actionibus. Eius pœnæ generaliter duo sunt capita:*
    - *Compensatio damni.*
    - *Restitutio expensarũ litis.*
    - *Sed contra reum initio inficiantem, si postea cõuincitur, peculiares etiã pœnæ constitutæ sunt: ita ut puniatur uel in duplum, uel in triplum. Et id locum habet in casu damni, ex L. Aquilia, damni ex sportulis, legatorum uenerabilibus locis relictorum.*
  - *Pœna periurij locũ habet in illis litibus, in quibus est præstitum iuramentũ calumniæ. Et in illo casu, si uiolatur iuramentum calumniæ, pœna periurij subeunda est.*
  - *Pœna infamiæ locũ habet in actionibus*
    - *Furti.*
    - *Vi bonorum raptorum.*
    - *Iniuriarum.*
    - *De dolo.*
    - *Tutelæ* / *Mandati* / *Depositi* } *Directis.*
    - *Pro socio.*
    - *In his sequitur infamia reum, quando conuincitur.*

A

A

IIII. Quæ ὑπόθεσις? In Iudicijs
- Furti.
- Vi bonorum raptorum.
- Iniuriarum.
- De dolo,

Infames fiunt, &
- Condemnati,
- Habentes pactum cum illis.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

Duo in hoc loco ueniunt discenda:

I. Qui teneantur? Actor initio litis, tenetur de Iuramento calumniæ. Idem etiam de reo ualet. Et insuper etiam de aduocatis.

II. In quibus cōsistat?
- Iuramentum actoris consistit in tribus:
  - Primùm, quòd ueniat bona instantia ad agendum.
  - Secundò, quòd nihil dederit nec uelit dare iudici, sub nomine sententiæ pro se ferendæ.
  - Tertiò, quòd nec Adferre, Exigere Probationem calumniosam uelit.
- Iuramentum Rei cōsistit etiam in tribus:
  - Primùm, quòd putet se iustè contradicere.
  - Secundò, quòd nihil dederit, nec uelit dare iudici, sub nomine sententiæ pro se ferendæ.
  - Tertiò, quòd nec Adferre, Exigere Probationē calumniosam uelit.
- Iuramentum aduocatorum consistit in ijsdem capitibus. Sed uariat, prout sunt aduocati, uel Actoris. Rei.

DE CITATIONIBVS.

Τριλίσεις hic sunt considerandæ:

1. In omnibus actionibus semper initio requiritur citatio rei.
2. Citatio omnibus actoribus est licita. Sed excipiuntur filij petentes citari parentes.
3. Liberi sub potestate patria constituti non habent ius citandi parentes. Si tamen fecerint de facto, puniri debent in quinquaginta aureis.

DE OFFICIO IVDICIS.

Περὶ τάξεως τῶν δικαστῶν.

TITVLVS XVII.

Hic sunt ἐρωτήματα duo.

I. Quid sit? Iudex est persona habens ordinariam potestatem
- Cognoscendi causas, &
- Ferendi sententias.

II. Quot sint eius officia?
- Officia iudicis generalia sunt:
  - Cognoscere causas.
  - Ferre sententias.
  - Addere executionem, quantum est in ipso.
- Postea concurrunt officia specialia. Ea uariè se habent. Sed aliqua in sequentibus attinguntur.

DE IVDI-

DE IVDICIO IN NOXALIBVS.

In Noxalibus actionibus, uel iudicijs, si dominus animalis cōdemnatur, distributiua sententia ferri debet, ut uel
- *Aestimatio damni praestetur.*
- *Animal pro noxa tradatur.*

DE SENTENTIIS IN REALIBVS.

Hypothe ses quatuor hîc conside rentur.

1. *In Realibus si uel* { *Actor* / *Petitor* } *Conuictus fuerit, sufficit absolutio possessoris.*
2. *In ijsdem si possessor conuictus fuerit, qui tamen fuit possessor bonae fidei: ibi, si nondum est facta contestatio litis, condemnatur possessor de restitutione rei, sed non de fructibus. Econtra, facta litis contestatione, condemnari debet de restitutione rei, unà cum fructibus.*
3. *In ijsdem, si possessor conuictus est possessor malae fidei, & sine titulo: ferenda est sententia contra possessorem de restitutione rei, cum fructibus perceptis & neglectis. Econtra si habet titulum: ferenda est sententia de restitutione rei, & fructuum perceptorum, sed non neglectorum.*
4. *Quod si possessor conuictus, & condemnatus conqueritur, se in praesenti rem restituere non posse: debet ei iudex indulgere tempus dilationis: sed exigere tamen fideiussores, qui satisfaciant, si intra tempus praefinitum, solutio non fiat.*

DE SENTENTIIS IN ACTIONE AD exhibendum.

Hypothe ses in hoc loco etiā sunt quatuor.

1. *In actione ad exhibendum, si detinens statim initio coepti iudicij rem exhibet: iam alia condemnatione non est opus.*
2. *Si nō statim initio coepti iudicij rem exhibet: ibi, si conuincitur, debet eum iudex, tum de* { *Exhibitione rei,* / *Aestimatione eorū, quae tempore litis interuenerunt,* } *Condemnare.*
3. *Quod si detinens conuictus & condemnatus conqueritur, se in praesenti rem exhibere non posse, debet ei Iudex indulgere tempus, cum cautione restitutionis.*
4. *Si uerò contumax, uel in* { *Exhibēdo,* / *Cauendo,* } *Fuerit, condemnari debet, ad interesse actoris.*

DE SENTENTIIS IN IVDICIIS FAMILIAE herciscundae.

Totidem & hîc sunt ὑποθέσεις.

1. *IN Iudicijs familiae herciscundae, si res sunt, &* { *Diuisibiles,* / *Pares:* } *Debet Iudex singulis haeredibus singulas res adiudicare.*
2. *Si non sunt diuisibiles: debet uni ex illis corpus ipsum adiudicare, ea conditione: ut is reliquis certam pecuniae summam numeret.*
3. *Si res sunt diuisibiles: sed impares, debet uni ex illis rem meliorem adiudicare: sed ea conditione, ut is alteri, minus accipienti, certam pecuniae summam numeret, ratione excessus.*
4. *In ijsdem, si unus ex cohaeredibus, uel* { *Fructum ex re haereditaria percepit.* / *Rem haereditariam corrupit, aut consumpsit:* } *Debet eum Iudex, de Satisfactione haeredibus praestanda, condemnare.*

DE SEN-

DE SENTENTIIS IN ACTIONE COMMUNI DIUIDUNDO.

Tres uerò hic sunt hypotheses:

- I. In Iudicijs de communi diuidundo, quando agitur de pluribus rebus, ijsq; { Diuisibilibus, & / Paribus: } Debet Iudex singulis, singulas res adiudicare.
- II. Si res sunt indiuisibiles: debet Iudex uni ex litigantibus corpus ipsum adiudicare, & eidem pro illo iniungere, ut cæteris numeret certam pecuniæ summam.
- III. Si sunt diuisibiles, sed impares: debet iudex uni ex illis adiudicare rem meliorem: & eundem pro illo de certa pecuniæ summa alteri numeranda condemnare.

DE SENTENTIIS IN ACTIONIBUS finium regundorum.

Totidem in hoc quoque loco sunt consideranda.

1. In Iudicijs finium regundorum, si fines non possunt reperiri, uel si melius sunt distinguendi: licitum est iudici, ex agro unius alteri adiudicare: sed ita, ut auctus agro alteri diminuto certam pecuniæ numeret summam.
2. In ijsdem, si quis fines maliciosè corrupit, debet eum Iudex condemnare, secundum quod in litem actor iurauit.
3. In ijsdem, si quis impediuit mensurationem agrorum iussam à Iudice: potest iudex etiam impedientem condemnare.

DE PUBLICIS IUDICIIS.

Περὶ δημοσίων δικαστηρίων.

TITULUS XVIII.

Delicta alia sunt { Publica. / Priuata. } Sic etiam iudicia, alia sunt { Publica. / Priuata.

DE DELICTIS PUBLICIS.

Publica delicta uocantur, quorum persecutio cuilibet de populo est licita: nisi quatenus lege prohibetur. Ea duplicia sunt: Alia

- Ordinaria. Delictorum ordinariorū species præcipuæ sunt hæ sedecim:
  1. Crimen Læsæ Maiestatis.
  2. Adulterium.
  3. Stuprum.
  4. Incestus.
  5. Vis publica.
  6. Vis priuata.
  7. Homicidium.
  8. Magia.
  9. Violatio sepulchrorum.
  10. Plagium.
  11. 12. 13. 14. Crimen { Falsi. / Ambitus. / Repetundarum. / Peculatus.
  15. Sacrilegium.
  16. Seditio.
- Extraordinaria, quorum species sunt sex:
  1. Incendium.
  2. Concussio.
  3. Præuaricationis.
  4. Stellionatus.
  5. Abigeatus.

  (3–5:) His adduntur, Crimen de { Annona. / Residuo.
  6. Occultatio siue receptio latronum, uel similium.

DE IUDI-

DE IVDICIIS PVBLICIS.

In hoc loco, tria sunt obseruanda ἐρωτήματα.

- I. Quid sint? Iudicia publica hoc loco sunt processus iudiciales, in publicis delictis.
- II. Quottuplicia sint? Iudicia publica, quo ad poenam, alia sunt
  - Capitalia. Horũ alia sunt
    - Capitalia, de morte naturali. Vocantur autẽ capitalia, in quibus agitur, uel de
      - Vita.
      - Media capitis diminutione.
    - Capitalia, de morte ciuili.
  - Non capitalia: in quibus agitur, uel de
    - Fama.
    - Re pecuniaria.
    - Leui castigatione.
- III. Quottuplex sit in his processus? Nimirum triplex. Per
  - Accusationem.
  - Inquisitionem.
  - Denunciationem.

DE CRIMINE LAESAE MAIESTATIS.

Duo hic sunt spectanda.

- I. Quid sit? Crimen læsæ Maiestatis uocatur: quando subditi Imperij Romani machinantur aliquid, uel contra
  - Imperatorem.
  - Rempub. Romanam.
- II. Quot in illo pœnæ sint? Pœnæ in crimine læsæ maiestatis duæ sunt:
  - Vltimum supplicium in uiuo.
  - Damnatio memoriæ in mortuo.

DE CRIMINE ADVLTERII, STVPRI, Sodomiæ.

Duo in hoc loco debent obseruari.

1. Adulterij, & Sodomiæ pœna, uel supplicium ultimum, est gladius.
2. Stupri pœna, si stuprator est honesta persona, est publicatio dimidiæ partis bonorum eius. Sed in uili persona, pœnæ sunt: Castigatio Corporalis, & Relegatio.

DE CRIMINE HOMICIDII.

Veniunt & hic duo discenda.

- I. Quottuplex sit? Homicidiũ quo ad
  - Causam, aliud est
    - Voluntarium.
    - Necessarium.
    - Casuale.
  - Instrumentum, aliud fit
    - Pugno.
    - Telo.
    - Veneno.
- II. Quæ pœnæ?
  1. Homicidium uoluntarium, & maliciosum, quoquo modo fiat, siue Telo, Veneno, Pugno, Punitur gladio.
  2. Homicidium necessarium, factum in casu ueræ, & inculpatæ defensionis, non punitur.
  3. Homicidium casuale, factum in opere, uel modo, nec
     - Licito, & Necessario, Punitur, ut homicidium.
     - Sed factũ in opere, uel modo alioqui Licito, Necessario, Non punitur.

A. 4. *Ambulans cum telo, hominis occidendi causa, punitur gladio, perinde ut homicida.*

5. *Opitulatores eorum, qui ueneno necant, gladio puniuntur, perinde ut ipsi homicidæ.*

DE PARRICIDIO.

Sunt & in hoc loco, duæ quæstiones.

- I. *Quid sit? Parricidium hoc loco generaliter intelligitur: nempe de interfectoribus omnium*
  - *Ascendentium, &*
  - *Descendentium.*
  - *Item,*
    - *Coniugũ,*
    - *Affiniũ.*
    - *In linea*
      - *Ascendente.*
      - *Descendente.*
- II. *Quæ pœna? Pœna parricidij, est insutio in culeum cũ*
  - *Cane,*
  - *Gallo,*
  - *Vipera, &*
  - *Simia;*
  - *Et proiectio in flumen.*

Opitulatores parricidij eadem pœna puniuntur.

DE CRIMINE FALSI.

Totidem quoque hic sunt attendenda.

- I. *In quibus consistat? Crimen falsi consistit* IN
  - *Scriptione falsi instrumenti.*
  - *Productione falsorum instrumentorum.*
  - *Adulterinis sigillis.*
  - *Corruptione instrumenti.*
  - *Mutatione dictorum à testibus.*
  - *Falsa scriptione eorum, quæ sunt apud iudicem acta.*
  - *Falsi testimonij dictione.*
  - *Falsæ sententiæ pronunciatione.*
  - *Suppositione falsi partus.*
  - *Falsa legis allegatione.*
  - *Allegatione legis correctæ.*
  - *Falsificatione, uel*
    - *Ponderum.*
    - *Mensurarum.*
    - *Vlnarum.*
  - *Assumptione nominis doctoris, cùm non sis doctor.*
- II. *Quæ pœna? Pœna criminis falsi est*
  - *Deportatio, &*
  - *Publicatio omnium bonorum.*
  - *Excepto, si super-sunt, uel*
    - *Ascendentes,*
    - *Descendentes,*
    - *Vsque ad tertium gradum.*

DE VI PVBLICA, & PRIVATA.

Perpendenda sunt hic duo.

- I. *Quid sit?* VIS
  - *Publica fieri dicitur, quando faciens uim armatus uenit, siue extrahantur arma, siue non.*
  - *Priuata dicitur, quando faciens uim, uenit inermis, & facit etiam uim inermis.*
- II. *Quæ pœna?* IN
  - *Publica*
  - *Priuata*
    - *Vi, pœna est*
      - *Deportatio.*
      - *Publicatio tertiæ partis bonorum.*
  - *Violento raptu, uel*
    - *Virginis.*
    - *Viduæ.*
    - *Nuptæ.*
    - *siue rapitur,*
      - *Volens,*
      - *Nolens.*
      - *Pœna raptoris, est gladius.*

Opitulatores raptorum pari pœna cum raptoribus puniuntur.

I

DE CRIMINE PECVLATVS.

Huius loci ζητήματα sunt duo.

- I. *Quid sit? Peculatus est furtum publicæ pecuniæ.*
- II. *Quæ pœna?*
  - *Pœna peculatus in iudice subtrahente tempore administrationis suæ, est ultimum supplicium. In reliquis uerò deportatio.*
  - *Opitulatores eorum, pari pœna puniuntur.*

DE CRIMINE SACRILEGII.

Occurrunt hic quæ obseruari debent, duo.

- I. *Quid sit? Sacrilegium est furtum, uel ablatio rei sacræ.*
- II. *Quæ sit pœna?*
  - *Pœna Sacrilegij iure ueteri, erat deportatio in modico sacrilegio: sed hodie est rota.*
  - *Opitulatores eorum, pari pœna puniuntur.*

DE CRIMINE PLAGII.

Obseruatione digna sunt hæc duo:

- I. *Quid sit? Plagium est furtum hominum.*
- II. *Quæ pœna? Pœna plagij* IN
  - *Plagiario nobili,* — *Est* — *Deportatio.*
  - *Ignobili* — *Est* — *Vltimum supplicium.*

DE CRIMINE AMBITVS.

Totidẽ & hic sunt spectanda.

- I. *Quid sit? Ambitus est appetitio bonorum, & dignitatum inordinata, per corruptelas interuenientes.*
- II. *Quæ eius sit pœna? Pœna ambitus est interdum*
  - *Deportatio.*
  - *Multa centum aureorum.*

DE CRIMINE REPETVNDARVM.

Ζητήματα huius loci sunt duo:

- I. *Quid sint? Repetundæ sunt, uel* { *Pecuniæ,* / *Res,* } *Quas Magistratus, uel in* { *Administratione, uel* / *Officio suo.* } *uel* { *dolo,* / *ui,* } *Expilauit.*
- II. *Quæ pœna sit constituta? Pœna repetundarum est restitutio quadrupli.*

DE CRIMINE, DE ANNONA.

Sunt etiam hic totidem notanda.

- I. *Quid sit? Crimen de annona uocatur: quando quis facit, ut annona carius uendatur.*
- II. *Quæ pœna? In crimine de annona, pœna est, multa uiginti aureorum.*

DE CRIMINE RESIDVI.

Quæstiones in hoc loco sunt duæ.

- I. *Quid sit? Crimen residui est, quando administratori ratione administrationis ipsius superfuit, quod ipse in priuatum usum conuertit, cùm deberet in publicum uertere.*
- II. *Quæ pœna?* *Pœna in crimine de residuo, est restitutio accepti in simplum, cum tertia parte accepti.*

FINIS.

Τέλος, σὺν Θεῷ.

DE GRADIBVS COGNATIONVM,

ex ipsis Institutionibus Imperatoris, & Theophilo Græco, σχηματισμός.

- Cognatio alia numeratur
  - Suprà.
  - Infrà.
  - Ex transuerso, quæ etiã à latere dicitur: τῶν ἀπὸ πλαγίων.
- Ac
  - Superior, τῶν ἀνιόντων.
  - Inferior, τῶν κατιόντων.
  - Ex transuerso, quæ uocatur, ἐκ πλαγίου.
- Est
  - Parentũ. / Liberorũ. — Vtraq; hæc cognatio, superior, & inferior, à primo gradu incipit, ἀπὸ πρώτου ἄρχεται βαθμοῦ.
  - Fratrum, sororúmue, & eorũ, qui, uel quæ ex his generantur: & conuenienter, patri, amitæ, auunculi, materteræ. Atque hæc quæ ex transuerso numeratur Cognatio, à secundo gradu incipit, ἀπὸ δευτέρου βαθμοῦ ἄρχεται.

SEQVVNTVR GRADVS.

- Primo,
  - Suprà, ἐν τοῖς ἀνιοῦσιν, est Propositi. N.
    - Pater, πατήρ.
    - Mater, μήτηρ.
  - Infrà, ἐν τοῖς κατιοῦσιν, est
    - Filius, Υἱός.
    - Filia. θυγατήρ.
- Secundo,
  - Suprà,
    - Auus, πάππος.
    - Auia, μάμμη.
  - Infrà,
    - Nepos, ἔγγονος.
    - Neptis, ἐγγόνη.
  - Ex transuerso,
    - Frater, ἀδελφός.
    - Soror, ἀδελφή.

Ἀνεψιός. Nepos ex fratre, uel sorore.

- Tertio.
  - Suprà,
    - Proauus, πρόπαππος.
    - Proauia, προμάμμη.
  - Infrà,
    - Pronepos, προέγγονος.
    - Proneptis, προεγγόνη.
  - Ex transuerso,
    - Primùm,
      - Fratris, / Sororisq; — Filius. / Filia.
    - Deinde, conuenienter, ἀκολούθως,
      - Patruus, θεῖος, πρὸς πατρός, frater patris, Græcè πατράδελφος, πατρῷος.
      - Amita, patris soror, Græcè πατραδέλφη, θεία πρὸς πατρός.
      - Auunculus, frater matris, Græcè μητράδελφος, μήτρως, θεῖος πρὸς μητρός.
      - Matertera, matris soror, Græcè μητραδέλφη.

Patruus & Auunculus, uterque promiscuè θεῖος appellatur. Amita, & Matertera.) Vtraque promiscuè θεία nominatur, & τιτθίς.

A

GRADV IGITVR

- Quarto,
  - Suprà, sũt
    - Abauus, ἀπόπαππος.
    - Abauia, ἀπομάμμη.
  - Infra, sũt
    - Abnepos, ἀπέγονος.
    - Abneptis, ἀπεγόνη.
  - Ex transuerso, sũt
    - Primùm,
      - Fratris, Sororisq́; — Nepos, ἔγγονος. Neptis, ἐγγόνη.
    - Deinde, cõuenienter,
      - Patruus magnus. Amita magna. — Id est, aui
        - Frater, θεῖος πρὸς πατρὸς μέγας.
        - Soror, θεία πρὸς πατρὸς μεγάλη.
      - Auunculus magnus, Matertera magna, — Id est, auiæ
        - Frater, θεῖος μέγας πρὸς μητρός.
        - Soror, θεία μεγάλη πρὸς μητρός.
      - Consobrinus, Consobrina. — Id est, qui, uel quæ ex sororibus, aut fratribus procreantur.

Sed quidam rectè Consobrinos eos propriè dici putant: qui ex duabus sororibus progenerantur: quasi Consobrinos.

Eos uerò, qui ex duobus fratribus progenerantur: propriè fratres patrueles uocari.

Si autem ex duobus fratribus filiæ nascuntur, sorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre, & sorore progenerantur, Amitinos propriè dici putant. Amitæ tuæ filij Consobrinum te appellant: tu illos Amitinos.

- Quinto,
  - Suprà, sũt
    - Adauus. Al. Atauus, δίσπαππος.
    - Adauia, δισμάμμη.
  - Infrà, sũt
    - Adnepos, δισέγγονος.
    - Adneptis, δισεγγόνη.
  - Ex transuerso, sũt
    - Primùm,
      - Fratris, Sororisq́; — Pronepos. προέγγονος. Proneptis, προεγγόνη.
    - Deinde cõuenienter, ἀκολούθως,
      - Propatruus, Proamita, — Id est, Proaui
        - Frater, μείζων θεῖος πρὸς πατρός.
        - Soror, μείζων θεία πρὸς πατρός.
      - Proauunculus, Promatertera, — Id est, Proauiæ
        - Frater, μείζων θεῖος πρὸς μητρος.
        - Soror, μείζω θεία πρὸς μητρός.
      - Fratris, uel sororis patruelis consobrini, & consobrinæ, amitini, & amitinæ filius, filia, propius sobrino, propius sobrina. Hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.


A

Sexto,

À Sexto,

- Suprà, sũt
  - Tritauus, τρίσπαππος.
  - Tritauia, τρισμάμμη.
- Infra, sũt
  - Trinepos, τρισέγγονος.
  - Trineptis, τρισεγγόνη.
- Ex transuerso sunt
  - Primùm, Fratris, Sororisq́; — Abnepos, ἀπέγγονος. Abneptis, ἀπεγγόνη.
  - Deinde cõuenienter, sunt
    1. Abpatruus. Abamita. — Id est, abaui — Frater, θεῖος μέγιστος πρὸς πατρός. Soror, θεία μεγίστη πρὸς πατρός.
    2. Abauunculus. Abmatertera. — Id est, abauiæ — Frater, θεῖος μέγιστος πρὸς μητρός. Soror, θεία μεγίστη πρὸς μητρός.
    3. Propatrui, Proamitæ, Proauunculi, Promaterteræ — Filius, Filia.
    4. Propioris sobrini, sobrinæúe, filius, filia.
    5. Sobrini, sobrinæúe, id est, qui, quæúe ex fratribus, uel sororibus patruelibus, uel consobrinis, uel amitinis progénerantur.

Ex his palàm est intelligere: quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe generata quæque persona gradum adijcit: ut longè facilius sit, respondere, quoto quisque gradu sit: quàm propria cognationis appellatione quen quam denotare. Agnationis quoque gradus eodem modo numerantur.



THEOPHILVS.

Ἀλλ' ὁπότε ἡ ἀλήθεια διὰ τῶν ὀφθαλμῶν μᾶλλον, ἤπερ διὰ τὴν ἀκοὴν ἔχει τὴν πίστιν ἰσχυροτέραν, ἀναγκαῖον ἐνομίσθη διὰ τοῦτο, μετὰ τὴν τῶν βαθμῶν διήγησιν, καὶ αὐτοὺς ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ ἐγγράψαι τοὺς βαθμούς: ὅπως ἂν ἀκοῇ, καὶ θέᾳ οἱ νέοι ταῦτα προσλαμβάνοντες, τελειοτάτης τῆς βαθμῶν ἐπιτύχωσι διδασκαλίας.

INSTITVTIONES.

Sed cùm magis veritas occulata fide, quàm per aures animis hominum infigatur: ideò necessarium duximus, post enarrationem graduum, eos etiã præsenti libro inscribi: quatenus possint & auribus, & oculorũ inspectione, adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

AFFINITATVM QVAEDAM vocabula.

Socer, πενθερὸς, uxoris meæ pater. ——— Socrus, πενθερά, uxoris, aut mariti mater.

Gener, γαμβρὸς, filiæ meæ maritus est.

Progener, ἀντίγαμβρος, hunc dicit auus neptis suæ uirum.

Prosocer, Socer dicitur magnus, uxoris meæ auus, uel mariti, τοῦ, ἢ τῆς δεῖνα, auus.

Leuir, δαὴρ, mariti, uel uxoris frater est. ———Glos, γάλως, mariti soror est, & fratris uxor, ἀνδρὸς ἀδελφή.

Nurus, filij uxor. ——— Pronurus, nepotis uxor.

Hæc, & similia nomina affinitatis, in contrahendis matrimonijs, & alijs causis considerantur: sed eorum & appellationes, & gradus alibi solent à Iureconsultis explicari.

DE ENARRATIONE Institutionum Iuris Ciuilis.

SI video populos, hominum, si cogito mores,
Hoc video, populos non sine lege regi.
Hæc trahit ex alto certissima semina cœlo,
Hinc hominum verus pectora iungit amor.
Hæc eadem seruat iunctæ consortia plebis,
Contiguas cunctis mandat habere domos.
Quod Deus humanum genus amplectatur, & addat
Munera, cœlesti plena fauore, docet.
Non alius melior naturæ finis habetur,
Quàm faciat summo congrua vita Deo.
Præmia virtutis studium satis ampla sequuntur,
Sed vitium pœnas, & malefacta luunt.
Lex hominum mores, vitamq́ gubernat, honestos
Laude vehit digna, despicit illa malos.
Imperij neruos, ac vrbis vincula seruat,
Et facit hæc proprium quenq́ tenere suum.
Ergo verecundè leges, sanctéq́ colamus,
Quas Deus ex alta protulit arce poli.
Qui populis illas & regnis præficit, ipsum
Is poterit populis præposuisse Deum.
Viderit è summo ius ortum ducere cœlo,
Imperij cunctas quod moderatur opes.

Arbitrium vero populi qui legibus addet:
Addiderit turpem legibus ille feram.
Talis enim mens est hominum, talisq; voluntas
Sæpeq; magnanimos decipit ira duces.
Ira gubernantum trahit optima corda virorum,
Ne bona sint eadem mens agitata facit.
Non id agunt Leges diuinis sedibus ortæ,
Nanq; bonis reddunt præmia, damna malis.
Has referant nobis parui præcepta libelli:
Quem dedit è iusto cui graue nomen erat.
Primitias apto qui continet ordine Legum:
Primaq; Romani semina Iuris habet.
Hæc ego, dum fregit Canis Erigoneïus æstum,
Quo potero studio, docta Iuuenta, legam.
Sed tamen ex iussu generosi Principis eius,
Quem vatum nutrix Marchia diues amat.
Vos Iuuenes animum Domini cognoscite, uobis
Et studijs vestris consuluisse cupit.
Præmia dat doctis, nato cum Præsule, sacræ
Vt iuuenes aptè Pallados arma colant.
Si quibus arrident Leges & scita Themistos:
Si quibus est animus ciuica Iura sequi:
His ego promittens studium, vigilemq; laborem,
Non operam (fuerit siqua) negabo meam.
At quia nemo colit Leges, cum prælia fiunt,
Victaq; pugnaci Iura sub ense iacent:
Finibus vt nostris pax adsit, comprecor, adsit
Pax, sine qua leges, sanctaq; templa cadunt,
Ipse Deus seruet cœtum, sibi seruet alumnos,
Qui lituis spretis tempora pacis ament.
Gaudia det pacis doctas discentibus artes,
Vrbibus has cunctis impia bella fugant.
Græcia quod sensit, populi sensêre Latini,
Nil bene fit, quando militis arma fremunt.
Pacis amor gratus, pacem precor vrbibus: illam
Huic etiam donet, qui regit astra, Scholæ.

Erdmanus Copernicus.

DE RATIONE DOCENDI
Iuris ſcientiam.

VERBA CRASSI APVD CICERONEM
Lib 1. *de Oratore.*

Si enim aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito: aut alius quiſpiam, aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit: ut primùm omne ius ciuile in genera digerat, quæ perpauca ſunt: deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat: tum propriam cuiuſq; uim definitione declaret: perfectam artem iuris ciuilis habebit is, magis magnam atq; uberem, quàm difficilem & obſcuram.

GVLIELMVS BVDAEVS IN ANNOTA-
tionibus ſuis in L. 1 ff. de iuſticia & iure.

Proinde ſi quis olim (inquit) feliciore aliquo ſeculo exiſtat, Bartolo aut alio quopiam primi nominis uiro iuriſperitia non inferior, Dialectica, atq; inſtrumento omni philoſophico mediocriter inſtructus, orationis facultate Vlpiani aut Iuliani, Pauli ue æmulus, Principem noſtro non inferiorem nactus, cuius exemplum atq; autoritatem ſequi, & in cuius leges iurare (ut antiquum uerbum uſurpem) bona pars Europæ non dubitet, iſq; unus, aut plures etiam, præſcriptum illud Ciceronianum, aut aliud non abſimile imitati, ex quinquaginta Pandectarum libris, & duodecim Codicis, eorumq; appendicibus: adde etiam, ſi placet, ex Bartoli, Baldi, & reliquorum paucorum ampliſſimi nominis, & primariæ autoritatis commentarijs, non iam centones ut Tribonianus (uir aliòqui doctiſſimus ſui ſeculi, ſi Suidæ credimus) ſed iuris artem componant, ſanctionesq; legum, conſulta ſenatus, edictorum interpretamenta, iuriſconſultorum placita, interpretum decreta, in mores recepta, æquitate prægrauantia, omnia nunc uaga & ſparſa, ac nulla certæ artis ratione circumſcripta, ratis fixisq; iuſtæ artis præceptis, quatenus rei natura tulerit, quaſi quibuſdam cancellis circundata concludant: profectò res humanæ longè melius conſtitutæ uidebuntur, &c.

LOCORVM QVORVNDAM DEPRAVATARVM
reſtitutio.

Pag. 12. Titulo 14. in II. *quæſtione*, *Quid in tutela teſtamentaria*, &c. *p*, 14. *uerſ.* 8. *emancipato. in fine, à parte. p.* 18. 8 *impetrauerunt p.* 22. *pro* Implanatio, *ſcribe*, Implantatio. *p.* 23. 14. πραγμάτων σωματικῶν. *p.* 25. 21. *Ius rei ad dominum redit. p.* 28. 7. *in titulo ſcribe*, Alienare. *p.* 33. 10. *ſcribe*, TITVLVS XIIII. *p.* 36. 1. Quibus modis. *p.* 48. *ſub finem*, *ſcribe* ὁ κατ' ἀνάβασιν. *p.* 50. *in medio*, *ſcribe*, Succeſſionis.

INDEX TITVLORVM Libri primi.

TITVLVS I. De Iustitia, & Iure, ac primùm de Iustitia. Pag. 1.
De Iure. Ibid.
Tit. II. De diuisionibus Iuris. 2.
Alia diuisio Iuris Ciuilis, sumpta ex Materia.
Ac prodest, ad totius Iurisprudentiæ distinctionem. Ibid.
Descriptiones generum singulorum. 3.
In quibus rebus quodq; Ius consistat? Ibid.
Tit. III. De Iure personarum. 4.
Διορισμοὶ, definitiones quædam. 5.
Tit. IIII. & V. De Ingenuis, & Libertinis. Ibid.
Tit. VI. & VII. De Manumissione. 6.
Tit. VIII. De potestate Dominica. Ibid.
Tit. IX. De Patria potestate. Ibid.
Appendix huius Tituli, de Liberis. 7.
Tit. X. De Nuptijs. Ibid, & 8. & 9.
Tit. XI. De Legitimatione, & Adoptione. 9. & 10.
Pars altera, de Adoptione. 10.
De solennitatibus, Appendix. Ibid.
Tit. XII. De modis, quibus ius patriæ potestatis soluitur. Ibid.
Tit. XIII. De Tutelis. 11.
Pars Tituli secunda, quæ est personarum. Ibid.
Tit. XIIII. Qui Testamēto Tutores dari possint. 12.
Tit. XV. De legitima Agnatorum tutela. Ibid.
Tit. XVI. De Capitis diminutione. 13.
Tit. XVII. XVIII. & XIX. De legitima tutela Patronorum. 14.
De harum usu. Ibid.
Tit. XX De Attiliano Tutore. Ibid.
Tit. XXI. De Autoritate Tutorum. 15.
Tit. XXII. Quibus modis tutela finiatur? 16.
Tit. XXIII. De Curatoribus. Ibidem & 17.
Tit, XXIIII. De Satisdatione Tutorum, uel Curatorum. 18.
Tit. XXV. De Excusationibus tutorum, uel Curatorum. 19.
Tit. XXVI. De suspectis Tutoribus, uel Curatoribus. 20.

TITVLI INSTITVTIOnum Libri secundi.

TITVLVS I. De rebus, & rerum diuisione. 21.
De Dominio. 22.
De Dominij acquisitione, & amissione. Ibid.
Amissionis dominij modi. 23.
Tit. II. De rebus corporalibus, & incorporalibus. Ibid.
Tit. III. De seruitutibus rusticorum, & urbanorum prædiorum. Ibid. & 24.
Tit. IIII. De Vsufructu. 24. & 25.
Tit. V. De Vsu. Ibid.
De Habitatione. 26.
Tit. VI. De Vsucapionibus, & longi temporis Præscriptionibus. Ibid.
Tit. VII. De Donationibus. 27.
Tit. VIII. Quibus alienare licet, uel non? 28.
De Alienatione pignoris. Ibid.
De Pupillorum alienationibus. 29.
De Pupillorum Acceptationibus. Ibid.
Tit. IX. Per quas personas, nobis acquiritur. Ibid.
Tit. X. De Testamentis ordinandis. 30 & 31.
Tit. XI. De militari testamento, 31.
Tit. XII. Quibus non est permissum facere testamentum? 32.
Tit. XIII. De exhæredatione liberorum. Ibid.
Tit. XIIII. De hæredibus instituendis. 33.
Tit. XV. De Substitutione. Ibid.
De Substitutione uulgari. 34.
Tit. XVI. De pupillari Substitutione, in Impuberibus. Ibid. & 35.
De furiosis, uel mente captis. 35.
Tit. XVII. Quibus modis testamēta infirmentur? 36
Tit. XVIII. De inofficioso Testamento. Ibid. & 37.
Tit. XIX. De hæredum qualitate, & differentia. 37.
Tit. XX. De Legatis. 38. & 39.
Tit. XXI. De ademptione legatorum. 40.
Tit. XXII. De lege Falcidia. Ibid.
Tit. XXIII. De fideicommissarijs hæreditatibus, & ad Senatus consultū Trebellianum. Ibid. & 41.
De fidei commisso uniuersali, & partiali Ibid.
Tit. XXIIII. De singulis rebus per fidei commissum relictis. 42.
Tit. XXV. De Codicillis. Ibid. & 43.

TERTII LIBRI TITVLI.

TITVLVS I. De hæreditatibus in genere. 44.
De hæreditatibus ab intestato uenientibus. 45. & 46.
Tit. II. De legitima agnatorum successione. 46.
Tit. III. De Senatus consulto Tertulliano, hoc est, de successione matris. 47.
Tit. IIII. De Senatusconsulto Orficiano, hoc est, de successione liberorum in bonis matris. Ibid.
De iure Accrescentiæ. 48.
Tit. V. De successione Cognatorum. Ibid.
Tit. VI. De gradibus Cognationum. Ibid & 49.
Tit. VII. VIII. IX. De seruili cognatione: de successione libertorū, & de assignatione libertorū. 50.
De ordine successionis. Ibid.

Tit. X.

Tit. X. De bonorum possessionibus. 51.
Tit. XI De acquisitione per arrogationem. Ibid.
Tit. XII. De eo, cui libertatis causa, bona addicuntur. 52.
Tit. XIII. De successionibus sublatis: quæ fiebant per bonorum uenditiones. Ibid.
Tit. XIIII. De Obligationibus. Ibid.
Tit. XV. Quibus modis re contrahatur Obligatio. 53.
De mutuo. Ibid.
De commodato. Ibid.
De indebito. 54.
De deposito. Ibid.
De pignore. Ibid.
Tit. XVI. De uerborum obligationibus. 54. & 55.
Tit. XVII. De duobus reis stipulandi, & promittendi. Ibid & 56.
Tit. XVIII. De stipulatione seruorum. 56.
Tit. XIX. De diuisione stipulationum. Ibid.
Tit. XX De utilibus stipulationibus. 57.
De inutilibus stipulationibus. Ibid. & 58.
Tit. XXI De fideiussoribus. 59.
Tit. XXII. De literarum obligationibus. Ibid.
Tit. XXIII. De obligationibus ex consensu. 60.
Tit. XXIIII. De emptione & uenditione 61.
Tit. XXV. De locatione, & conductione 62.
De contractu Emphyteutico. Ibid.
De contractibus innominatis. 63.
Tit. XXVI De societate. Ibid. & 64.
Tit. XXVII. De mandato. 65.
Tit. XXVIII. De obligationibus, quæ ex quasi contractu nascuntur. 66.
De quasi contractu, ratione negotiorum gestorum. Ibid.
De quasi cõtractu, ratione communis legati, uel donati. 67.
De quasi cõtractu, cõmunis hæreditatis. Ibid.
De quasi cõtractu, ratione aditæ hæreditatis. Ib
De quasi cõtractu ratione solutionis indebiti. Ib.
Tit. XXIX. Per quas personas, nobis acquiritur obligatio. Ibid.
Tit. XXX. Quibus modis tollitur obligatio. Ibid.
De solutione. 68.
De Acceptilatione. Ibid.
De nouatione. Ibid.
De dissensu. 69.

INDEX LIBRI QVARTI.

TITVLVS I. De obligationibus, quæ ex delicto nascuntur. 69.
De furto. 70. & 71.
Tit. II. De ui bonorum raptorum. 71.
Tit. III. De lege Aquilia, hoc est, de damno. 73.
De occisione. Ibid.
De uulneratione. Ibid.
De læsionibus qualibuscunque. 73.
Tit. IIII. De iniurijs. 73.
Tit. V. De obligationibus ex quasi maleficio. 74.
Tit. VI. De Actionibus. 75.
De speciebus Actionum. Ibid.
De diuisionibus Actionum generalibus. 77.
De diuisionibus specialibus. 78.
Descriptiones specierum Actionis. 80.
De forma libellorum. 84.
Tit. VII. Quod cum eo, qui aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur. Ibid.
De actionibus in dominum, ratione serui. Ibid.
De actionibus in patrem, ratione filij. 85.
Tit. VIII. De noxalibus actionibus. Ibid.
Tit. IX. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur: hoc est, de actionibus in casu damni, à quadrupede dati. Ib.
Tit. X. De his, per quos agere possumus, hoc est, de personis Actorum. 86.
Tit. XI. De satisdationibus. Ibid.
Tit. XII. De perpetuis, & tẽporalibus actionibus. 87.
De transitorijs, & non transitorijs 88.
De transactione rei. 86.
Tit. XIII. De Exceptionibus. Ibid.
Tit. XIIII. De Replicationibus. 90.
De Exceptionibus fideiussorum. Ibid.
Tit. XV. De Interdictis. 91.
De Possessionibus. Ibid.
Tit. XVI. De pœna temere litigantium. Ibid.
De iuramento calumniæ. 93.
De Citationibus. Ibid.
Tit. XVII. De Officio Iudicis. Ibid.
De iudicio, in Noxalibus 94.
De sententijs, in Realibus. Ibid.
De sententijs in Actione ad exhibendum. Ibid.
De sentẽtijs, in iudicijs familiæ herciscũdæ. Ib.
De sententijs in Actione cõmuni diuidundo. 95.
De sentẽtijs in actionibus finiũ regundorũ. Ibid.
Tit. XVIII. De PVBLICIS Iudicijs Ibid.
De delictis publicis. Ibid.
De iudicijs publicis. 96.
De crimine læsæ Maiestatis Ibid.
De crimine Adulterij, Stupri, Sodomiæ. Ibid.
De crimine Homicidij. Ibid.
De Parricidio. 97.
De crimine Falsi. Ibid.
De ui publica, & priuata. Ibid.
De crimine Peculatus. 98.
De crimine Sacrilegij. Ibid.
De crimine Plagij Ibid.
De crimine Ambitus. Ibid.
De crimine Repetundarum. Ibid.
De crimine, de Annona. Ibid.
De crimine residui. Ibid.
De gradibus Cognationum. 98.

FINIS.